aut aliarz artium, siue exercitiorz studiosos homines ha:
bitare uolentes in dicta Terra ad eorz artem, exercitium
industriam fideli faciem sancimus pro bono publico
humaniter admitti, et recipi debere cum licentia
tamen Ill.: Dnoz dictae Terrae cum ea immunitate
et franchitio in persona, et rebus sicut caeteri homines
de Castro praedicto; Datia aut soluere minime eos
teneri uolumus per decem annos continuos.

47v

De Bestijs ad Vecturam. Capº XLVIIJº

Bestiaz ad uecturam commodum universale con:
siderantes: sancimus, quod siquis Bestiam alicui ad Vec:
turam exhibiterit, et recipiens posteà eam si ad Vectu:
ram recepisse negauerit credat' Sacramento praestanti
usque in quantitatem X. sol. coetera uerò inproe:
missis occurrentia Juris dispositioni relinquimus.

De tempore petendi salaria per famulos. Capº XLVIIIJº

Quia salaria, et mercedes saepè numero per ope:
rarios, et famulos iam ex longo transacto tempore re:
petunt: Jdcircò statuimus, et firmiter ordinamus, quod
siquis steterit cum aliqua persona dict' Castri ad fa:
mulandum, seruien' opelan' Bestias, uel alias quas:
cumque res, et bona custodien', uel aliter laboran', et
spatio trium continuoz annoz tacitus steterit post ser:
uitium praestitum, famulatum operam, uel custo:
diam nihil unquam petendo de eius debita mercede,
et salario audiri posteà n' debeat, et actionem sibi penitus
denegari volumus, et exceptionem quandoquidem
continui triennij s.º dicta taciturnitas, et silentium
satisfactionis praesumptionem de omni mercede, et sa:
lario prius debito volumus, quod inducat, uel de coetero
con' ~~[illegible]~~, uel eius hoeredes agere propterea

seu

seu petere quomodo non posse per ipsos famulos ope:
rarios, custodes, et servientes, vel eos teneri decernimus,
et declaramus, nisi fortitan de tali debito, et mercede
publicum appareat Instrum., seu Scripta privata reco:
gnita per debitorem de voluntate sua facta, vel duobus
testibus roborata, aut pactum aliquod, seu transactio
vel compositio appareat inter ipsas partes alias cele:
brat', quo casu non intendimus D.nis, nec famulis,
seu operarijs, vel servientibus in aliquo priudicium
generare, sed imo omnes eos in Iuris eorum dispositione
relaxamus.

De Testibus ad perpetuam memoriam examinan. Cap.o L.o

Testibus ad perpetuam memoriam in omni ne:
gotio, et contra omnem personam, et in omni casu
coram Potestate, vel eius Vicario recipi volumus, si
inducens eos propter senium pestilentiam, infirmita:
tem, et alios repentinos casus de eorum Morte timere
iuraverit, vel de absentia diuturna, aut de longinquo
tempore dubitaverit, parte tamen, vel persona prendente
Interesse bis citata de mandato Potarij, vel eius Vi:
carij, eaque non comparente per Castaldum in platea
vel ante hostium solitæ residentiæ Potarij alta
voce iterato citata, quod veniat ad videndum tes:
tium Iuramenta ad perpetuam rei memoriam

examinandos, quibus postea iuratis, et examinatis testibus parte citata, ad uidendum fieri publicationem testium predictorum, et siue uenerit parte citata siue non uenerit Potestas, uel eius Vicarius interloquendo pronunciabit dictis testibus examinatis fidem esse adhibendam, et ipsos aperiet, et publicabit, ac pro apertis et publicatis haberi mandabit, nec non eorum copias habere uolentibus decernet.

Quod fructus rei locatae sint obligati pro pensione. Capo. lj.

Fructus rerum Rusticarum, et Vrbanarum stabilium locatarum, et locandarum; nec non inuenta, et illata in illis sint, et esse debeant pro ipsarum pensione, et redditibus obligati, et obligata. Et quilibet locator sua propria auctoritate ingredi, et apprehendere illos, et illa possit, et creditoribus alijs preferatur, et Potestas, siue eius Vicarius sub uinculo Iuramenti teneatur, et debeat predictos fructus sequestrari facere pro redditu, et pensione dictarum rerum locatarum.

Quod locationes sint firmae Capo. lij.o

Locationes factas per Venditorem, uel bona sua locantem, et obligantem, uel alio quoquomodo rem locatam alienantem: statuimus manere, et esse firmas, et in suo robore perdurare, et illis locationibus stare debeat,

debeat, et teneat emptor siue creditor, siue is, ad quem d.ta
res locata quoquomodo peruenerit dummodo p.ta locatio
precesserit uenditionem, obligationem, pignus, uel alie:
nationem predictas, sed contra dictum locatorem alienantem,
obligantem, pignorantem possit, et ualeat emptor, siue cre:
ditor agere, et experiri pro suo interesse, et poena conuenta:
Volumus tamen quod durante tempore locationis si domus
locata esset necessaria ipsi locatori pro usu suo eius Jura:
mento declarando, quod eo casu conductor eam domum teneat
et debeat disgomeratam restituere locatori, dicta locatione du:
rante non obstante; Etiam quod nemini liceat rem sibi
locatam alteri locare sine licentia, et uoluntate primi lo:
catoris, et aliter facta locatio non ualeat ipso Jure, et poenam
xx. lib. locator incurrat. Statuimus et prohibentes,
quod nulli liceat rem aliquam prius per ipsum alteri
locatam; alteri postea locare pro tempore, sub licet factae
locationis durante, et si contrafactum fuerit non ualeat
ipso Jure locatio, quin imo uolumus, quod secundus con:
ductor facta sibi fide de secunda locatione per Instrum.
uel testes teneat, et debeat statim dictae suae locationi re:
nuntiare, et rem locatam dimittere primo conductori du:
rante tempore primae locationis sub antedicta poena
quam poenam et incurrere determinamus locatorem, si
secundo locauit prima locatione durante, ut s.a dictum
est

De Nunciatione noui operis, et eius cae terminat.e
Cap. Liiij.o

49v

Noui operis nunciatio propter ędificationem non im:
merito adinixas, et scandala remouenda introducta est à
Jure licet diuersimodè; Volentes igit ambiguitates tollere
nuntiandi, et ędificior lites abbreuiare statuimus, quod si
quis Jus, aut Interesse habens, siue habere praetendens
in ędificio, siue loco, in quo aliquis ędificiare, et nouum opus
facere incoeperit possit, et ualeat ędificiantes impedire noui
operis nunciatione, altero faciendo de tribus modis a lege
concessis; Vz. aut per iactum lapilli cum manibus
in opere inchoato unum lapidem proyciendo, siue de
opere lapidem eleuando, siue manum operi, et laborario
apponendo prohibeat laborantes, et alios existentes ne ali:
quid noui operis fiat in dicto loco, aut talis nunciatio fiat
per Praetorem Vz; quod Potas, uel eius Vicarius ad pe:
titionem noui operis impedire uolentis committat, et mandat
Castaldo, siue uni Nuntio, ut uadat ad talem locum, et
ibidem tali ędificiare uolent, uel facient, seu Operarijs,
uel alijs ibidem existentibus denuntiet, et prohibeat in dicto
loco aliquid noui operis fieri; aut tertio modo fiat
scilicet uerbis, si forte meticulosus fuerit ad manum
apponen, seu lapidem proyciendum, siue euellen,
et diruen de opere, uel quod Potatem non audiuerit uer:
bis suis prohibeat hoc modo: Ego talis prohibeo tibi
Nuntio ędificiant, uel Vobis Operarijs, et alijs in opere
existentibus, ne quid noui operis in hoc loco fiat semper
loquendo impersonali; Volumus tamen, quod facta
nunciatione, et noui operis prohibitione altero de

supra

supra scriptis tribus modis causa talis nunciationis infra quinque dies continuos terminet: à die factae denunciationis numerandos, et eam prosequi, et terminari facere teneat, et debeat nunciator, qui succumbuerit in causa refectis expensis, quas aduersarius in opere nunciatis iurauerit incurrisse, et poena XX. libr. puniat, et eand. poenam incurrat post nunciationem, et prohibitionem noui operis aedificans, nisi demoliendo idoneos praestiterit fideiussores, et huiusmodi officium destruat: quod postea factum fuerit, praedicta tamen decernimus, quod expediant summarie sine libello, et litis contestatione feriis, et quibuscumque non obstan. teneatur nihilominus Potestas uel eius Vicarius ad instantiam cuiuscumque requisitam statim facta sibi notificatione sub uinculo iuramenti, et poena antedicta personaliter accedere ad locum, et secum duos habere magistros in huiusmodi opere expertos dictum locum, et aedificium, de quo agit. uidere, et oculis subijcere; Si autem Potestas, uel eius Vicarius negligens fuerit, et dictam causam tempore praedicto non terminauerit decem libr. poena se nouerit incurrisse sibi tempore Sindicatus auferen: Et nihilominus aedificans postea possit in opere inchoato impune procedere. Si uero Potestas, uel eius Vicarius dictam causam terminauerit: Declaramus, quod semper in terminatione teneat seruare ius super proprietate nec à tali sententia audiatur quomodolibet appellans, imo appellatione non obstante, si fuerit interpositia in opere

inchoato possit aedificans procedere.

Qualiter fiat Probatio per famam Cap.o liiij.o

Statuimus firmiter ordinantes, quod in quocumque casu praesentis Statuti, seu sequentis Statutorum mentio fiat de probatione fienda per publicam famam, uel quod sufficiat probatio publicae famae, uel publica fama probata, et qualitercumque committatur, seu dicatur de publica fama semper intelligatur de fama publica probata ad minus per quatuor idoneos testes, et omni exceptione maiores cum Juramento legitime deponentes publicam esse famam in dicta terra de, et super re, et negatio, de quo agitur.

De Aedificiis ruinam minantibus Cap.o lv.o

Domo, Turri, Volta, tecto, uel quouis alio aedificio ruinam minanti Potestas, uel eius Vicarius a quocumque fuerit requisitus teneatur uinculo Juramenti debere uidere, et uiderit, siue aedificium minatum habito Peritorum consilio, diligentique, ac secreta de opere praedicto facta inquisitione super hoc si appareat tale aedificium minare ruinam, uel esse dubium de ruinae periculo. teneatur, et debeat nulla obstante exceptione de facto sine strepitu, uel aliqua figura Judicij extraiudicialiter, et sine mora dictum aedificium reparare eos, ad quos spectat, aut destruit facere sine Vicinorum adiacentium laesione aliqua quanto citius uidebitur Magistris

gistris Peritis adhibitis ad prædicta liceat tamen Dño ruinoe
pro fulimento, reparatione, vel destructione talis ædificij ire,
et redire per domum, et possessionem Vicinoꝝ, et ligamina, seu
fulimenta quocumq. apodiare, et omnia alia agere, quæ
Magistri, Periti ordinauerint, aut decreuerint eo tempore, et quo:
usque reparantur prædicta sine Vicoꝝ damno, ut supra est
dictum; Si verò ruinam minans ædificium commune fuit cum
aliquo, tunc ad requisitionem ius habentis in eo teneatur Potas,
vel eius Vicarius alium consortem, sive consocium cogere, et
constringere ad reparandum, et aptan' tale commune ædificium
ruinosum pro ratha, et portione sua. Et si negligens fuerit, re:
parare, et supplere post mandatum sibi factum per Potatem
ad refectionem damni totius, quod alius consors, sive consortius in:
currerit, et propterea substinuerit, teneatur Cellarium verò hens,
sive Triptam subtus domum alterius non possit in eo, vel ea
fodere, sive cauare in preiudicium Superioris, et si domus supe:
rior ruinam minaretur, vel esset dubium de ruina, licere
Volumus tali casu superioris ædificij Drono in dicta tripta,
vel Cellario, per supradictum consilium Magistroꝝ exquisita
licentia Potatis pro fulimento superioris ædificij murare, et
murari facere, seu apodiare, et reparare prout opportunum
fore per dictos Peritos consultabitur; et si Cellarij, aut Tripta
Dñus, et Drones contrafecerit poena decem libr. vice qualibet
puniatur, et nihilominus ad ibidem ædificandum, murandum,
sive opportunè prouidendum omninò compellatur,
ne ruina sequatur. Cæteꝝ ordinamus, quod nemo possit ha:
bere, seu facere Triptam, Voltam, seu Cellarium ultra

dimidium Viae, et si forsan esse reperiatur; Volumus, quod sit, et esse debeat alterius Vicini ex opposito existentis, nisi iustum habuerit titulum possidendi; Clandestina .n. Possessio subter: ranea ignorata non debet Vicino ignoranti praeiudicium gene: rasse, fiat tamen ad requisitionem Vicini ex opposito existentis murus, et intermedium sufficiens infra tempus decem dierum. Volumus insuper, quod habens Tectum, sive Voltam, sive aliquod aliud aedificium desuper destructum, sive discoper: tum adeò quod indè Inferiori Vicino damnum, sive praeiu: dicium inferatur reparare, cooperire, et aptare teneatur, et debeat ad petitionem Vicini inferioris, qui domum Criptam, sive Cellarium de subtus habet sub poena X. libr., et In: super Statuimus, quod inter domos, Criptas, sive Cellaria, et alias Mansiones unitas, et Hortos, Terras, Campos, Divisos, Divisas divisa ad petitionem Consortis, et consocij teneatur Potestas, vel eius Vicarius expensis communibus facere negli: gentem, sive recusantem consortem, sive consocium ad tramez: zaturam, sive tramedium, formam, Fossas, sive clausuras sufficientes, et sufficientia omninò compellere omni tempore sine strepitu, et figura iudicij, omni iuris ordine, et sub: stantiali praetermisso.

Quod Pax facta per Prem, et Maritum teneat Pro Iniuria filij, et Uxoris Cap.o LVj.o

Pacis commoda extendentes statuimus firmiter or: dinantes ad hoc, ut inter homines dictae Terrae Sublacij nandalis pax vigeat, et concordia perpetua observetur, quod

Pr

et nomine filij sui legm̄i narij, et pro eo facere possit pacem cum quocumque, et remissionem iniuriarum, et omnia, quae filius facere, et remittere posset circa praedicta cum consensu Pris etiam filio inuito, quae pax, et remissio iniuriaz debeat per talem filium perpetuò obseruari. Similiter etiam Statui: mus, quod eodem modo pax facta per Maritum de omni, et quacumque Iniuria, siue offensa facta, uel dictae Vxori suae, et iniuriaz remissionem facere possit etiam ipsa Vxore nolente, et talis Vxor pacem, et remissionem praedictam per: petuo obseruare teneatur.

Quod Vxoris consensus ualeat in alienatione bonoz Viri Capº. lvijº.

Statuimus, et ordinamus, quod consensus Vxoris habentis filios, uel filias, aut alios, et filio filios ualeat, et teneat in uen: ditionibus, et obligationibus quibuscumque bonoz Viri factis per ipsum Virum non obstante aliquo Statuto suprà, uel infrà posito.

Quod Mulier non possit dotes suas alienare Capº. lviijº.

Mulier dotata à Pre, Fratre, Auo, uel quouis alio consanguineo, uel persona etiam si contingat eam non ma: ritari, dotem suam uendere, alienare, pignorare, uel aliter quouis modo alienare non possit sine licentia, consensu,

et Voluntate eius, qui eam dotauit, uel eo non existente pro:
ximioris consanguinei sui; et si secus fieret, uel attentatum fue:
rit donatio, uenditio, uel quaecumque alia alienatio non ualeat
ipso Iure, nisi euidens, et necessaria causa apparuerit, quae
probetur per duos Mulieres proximiores, et consanguineos,
et tunc alienatio fiat cum decreto, et auctoritate Potestatis, uel eius
Vicarij; et idem similiter ordinatum intelligatur in rebus do:
talibus quibuscumque alienandis constante Matrimonio
etiam si Iuramentum in alienatione quoquomodo per Mulie:
rem praestitum interuenerit.

Quod Mulier possit apprehendere Possessionem bonorum olim sui Viri Cap.° lviiij.°

Similiter Mulieribus in earum dotibus fauentes, ne
quomodolibet contingat eas impediri Sancimus, quod si Mulier
pro dote, et donatione sua propter Nuptias, siue honoran:
tias, pro quibus bona sui Mariti obligata esse uolumus,
uel alius quiuis, cui Ius petendi competeret pro ea apprehen:
deret possessionem bonorum olim Mariti, uel alterius sibi obliga:
torum, pro Dote, et Donatione praedictis, quod ad petitionem Cre:
ditoris, siue Creditorum posteriorum obligata habentium bona
praedicta Peritiores, Terminatores, seu arbitros, et aestima:
tores Communis dictae Terrae assignari debeat tali Mu:
lieri, uel illi, cui ad praedicta petendi Ius competit de bonis
apprehensis praedictis tenuta, et inuestita, quae largè ua:
leant quantitate Dotis, et donationis propter Nuptias praedictarum

et quartam partem plus pro expensis legitimis, siquas fecerit dicta Mulier, et ijs, cui Jus competit petendi, nisi specialiter certificatae fuerint in plus, et minus per legitimam taxationem declarare, et de praedictis bonis sibi ob sibi obligatis Mulier, vel ijs, cui Jus petendi competit contenta, et contentus stare, et esse debeat, nec possit in alijs bonis Creditores quomodolibet impedire.

De Mercede, et Solutione Scripturarum Potati facienda Cap.o LX.o

Immoderatae solutioni Potatis, vel eius Vicarij obviare volentes pro scripturis, ne pro arbitrio solui petatur, statuimus, quod Potas, vel eius Vicarius in causis, et scripturis pro eius Mercede tantum dumtaxat recipere possit, et non ultra modo, et ordine infra V3. pro petitione primae scripturae cum relatione Castaldi unum baioc., et pro productione libelli baioc. duos quantacumque sit quantitas, pro termino in confessum sol. duos, pro qualibet interlocutoria, contumacia, et Missione Investimenti, vel Sententiae cum relatione Castaldi de investimento facto recipiat unum baioc. de argento, pro tribus subastationibus propterea faciendis bol. duos, pro extimatione Sententiae cum Juramento Extimatorum duos sol., pro datione in solutum recipiat duos bol. de argento, pro registratione exceptionum, Articulorum, sive aliarum quarumcumque scripturarum privatarum coram eo procuratarum duos bononenos pro qualibet carta, et carta sit, et esse debeat de duabus faciebus, et quolibet facies dictae Cartae

53v

continere debeat viginti tres lineas, sive versus, et qualibet linea, sive versus continere debeat octo dictiones, sive partes syllabatas inter magnas, et parvas, et si plus esset, vel minus solvatur pro rata, pro productione Instrumenti, et illius registratione recipiat Potas, vel eius Vicarius bon. tres pro sententia diffinitiva, sententia producenda usque ad valorem decem libr. solvat bol. quatuor; abinde vero sa usque ad viginti quinque libr. bon. tres, abinde sa usque ad xl. libr. bol. [illegible], abinde vero supra quantacumque sit quantitas bol. xx solvatur, pro qualibet Scriptura producenda qualitercumque, de qua in pnti Statuto non fit mentio sol. quatuor solvatur, pro copijs aut sive pro secundis scripturis quarumcumque Scripturarum fiendis recipiat Potas duos bon. pro qualibet carta, sive folio mensurato per lineas, versus, et dictiones, ut supra dictum est, et teneatur Potas, cuilibet petenti dare copias omnium Scripturarum quas petierit, ea die, qua petita fuerit, vel sequenti, alioquin petenti terminus in causa non currat, donec ei fuerit effectualiter tradita copia, vel oblata nisi per procuratorem steterit habere, quia tunc offerre sufficiat, pro Inventario quocumque bon. xviij. pro

Viatico Viatico, ad quamcumque differentiam, videndum, et decidendum intus dictam terram pro qualibet parte baioc. quindecim, extra vero pro qualibet parte baioc. xxxx. pro quocumque Decreto interponendo in quocumque Instro baioc. quinque; alia vero in praesenti Volumine non expressa relinquimus discretioni Illmorum Dnorum.

De

De Sportulis Cap.° lxj.°

Pro Sportulis autem, sive Salario ex sententijs diffinitivis, quas Potas, vel eius Vicarius proferre contingerit recipere possit, dumtaxat unum sol. pro qualibet libra den. secundum valorem petitionis praedictae computari quantitatem ab Actore, vel ab eo, pro quo sententiam tulerit diffinitivam, et Victus Victori in expensis condemnetur nisi ex iusta causa litigandi Victus ab expensis absolvatur exceptis causis alimentorum repetitionis Dotis relictorum ad pias causas Hospitalium, Ecclesiarum, Pupillorum, Viduarum, Religiosarum, et Miserabilium personarum, in quibus causis declaramus Sportulas, sive Salarium Potatis minimè solvi debere proferendis sententijs.

Liber Tertius Malleficiorum

De modo, et forma procedendi in maleficijs Cap.° p.°

Quoniam lege testante Malla impunita non debent remanere, et ad ea investiganda, et punienda latiores habenae bonis Officialibus sunt, et plurimum relaxandae ad hoc maximè, ut delinquentium audacia refrenetur poena imminente, ut unius poena Multorum metus existat, et

bene viventium exemplum perseverandi continue praebeatur,
statuimus, et firmiter ordinamus, quod Potas, vel eius Vicarius possit
et valeat in quolibet maleficio, vel quasi, vel verbis iniuriosis, vel
de alia quacumque iniuria procedere per viam accusationis,
denuntiationis, notorij, sive per querelam iniuriati, sive per
inquisitionem etiam ex officio contra quamlibet personam ter-
rigenam, vel forensem delinquentem in dicta terra, vel eius
territorio; accusans aut denuntians, sive querelans iurare
debeat eius accusam, denuntiam, sive querelam, et quae in ea
continet scire, et esse vera; ac probare posse, ut sperat, et se
obliget ad poenam talionis, idest eamd. poenam, qua puniret
accusatus si maleficium, delictum, iniuria probaretur, et ido-
nea praestet cautionem, et fideiussionem de reficiendis expen-
sis in casu succumbentiae, et evictionis; Volumus et quod producta
accusatione, et denuntiatione, sive querela in scriptis, aut ore-
tenus, sive verbotenus facta coram Potestate, vel eius Vica-
rio, quam etiam fieri posse volumus verbotenus, et valere
ac si in scriptis producta forent, statim Pota, vel eius Vi-
carius iurare faciat Accusatorem, sive denuntiantem, quod
non animo denuntiet calumniae, nec accuset, et nomina
testium recipiat ab eadem persona autem, contra quam
procedi contingerit citari debeat per Castaldum Cois perso-
nali semel, aut bis domi habitationis, si fuerit terrigena,
sive vero fuerit forensis in platea publica dictae terrae ante
residentia Potatij, vel eius Vicarij alta voce cum Cedula
continente nomen Potatij, vel eius Vicarij, ac cum tenore
accusationis, denunciationis, sive inquisitionis; Quae quid.

Cedulae

Cedulae demum cum tenore totius Processus debeat consignari
in manibus personaliter citati, vel affigi in hostio habitationis
inquisiti, sive accusati personaliter non reperti. Pro forensibus
autem non inventis talis cedula citatoria affigi debeat in
platea, sive in hostio Residentiae Potestatis, quod die sequenti
debeat citatus comparere coram Potestate, vel eius Vicario ad
respondendum, et se defendendum à dicta accusatione, de:
nunciatione, et inquisitione contra ipsum formata, et si ta:
lis citatus non comparuerit ponatur in Banno cum termino
quatuor dierum sub hac forma, et ordine Vz. quod Potestas,
vel eius Vicarius ante Residentiam, vel in Platea ipsum
disbanniri faciat his verbis vulgaribus, et intelligentibus Vz.
Conciosia cosa, che il presente Potestà habbia fatto citare
il tale inquisito, ò accusato dinanti à lui, et ò sua Corte infra
termine certo già passato à respondere ad un certo Processo
formato contra di lui per occasione di tal Malefitio commesso
nel tal tempo contra il tale esprimendo la sostanza del
Processo, et non è comparito, ne altri per lui; et pertanto lo
sbannisce, et mette in Banno per tanta quantità di de:
nari, ò per tal pena, cioè in quella, che per vigore de' Sta:
tuti verria condennato di tal Malefitio per lui commesso, in
quo quidem Banno assignet sibi terminum quatuor dierum,
in quo termino possit inquisitus, et accusatus comparere,
et se defendere si voluerit; quo autem termino elapso pro
confesso, et convicto haberi possit, et condemnari debeat, secun:
dum formam Statuti de Materia loquentis; si vero reus
inquisitus, vel accusatus ante praedictum Bannum, vel

postea antequam Banni terminus sit elapsus recipi debeat
eius accusatio, seu defensio, praestito tamen sibi prius Jura:
mento de veritate respondendi super dicta inquisitione, sive
accusatione, quam vulgari sermone Potas, vel eius Vicarius
ei legere, ac exponere teneat, ut clare, et benè eam intelli:
gat, eiusque responsiones scribere, et det utrique parti ter:
minus quinque dies ad suas probationes faciendas. In quo
termino etiam Potas, vel eius Vicarius ex suo officio possit,
et debeat se de veritate negotij informari, quo elapso
publicetur Processus, testesque ipsos, et attestationes si
examinati fuerint, et detur terminus quinque dies
ad opponendum, et probandum contra, Potas tamen
teneat dare copiam testium, et totius Processus, si ab eo
petat, quo termino elapso, diligenterque actis, et Processum
examinatis sententiam ferat condemnatoriam, vel abso:
lutoriam prout Justitia suadebit secundum formam Sta:
tutorum, et victus semper victori in expensis legitimis condem:
net praestito in tali causa Juramento non obstante.
Addentes insuper ordinamus, quod quilibet accusatus, de:
nuntiatus, vel inquisitus in tempore suae responsionis
teneatur, et debeat dare idoneos fideiussores de stando
Juri, et parendo mandatis Curiae, et de solvendo
omnem poenam de Jure condemnatam, occasione
committi malefitij, de quo agitur, et aliter non audiatur
immò in carceribus compellatur, donec fideiusserit, aut
solverit, et nihilominus Potas non possit, nec debeat
procedere ad aliquem actum, nisi persona, contra
quam

quam procedit fuerit citatus, vel procedi voluerit, sive de procedendo Potestati licentiam dederit, et si aliter procedat non valeat Processus, in casibus autem, quibus poena personalis, seu corporalis afflictiva venit principaliter, vel sub conditione si non solverit, aut solvere non poterit imponenda non debeat Reus sub fideiussoribus relaxari, sed immò sub fida custodia in Carcere, seu vinculis, et effugere nequeat nisi depositum actualiter fecerit de poena, qua veniret condemnandus; Declaramus, quod super Maleficijs procedi possit quibuscumque diebus feriatis, et solemnibus, et Processus, seu sententiae formatae, et latae, seu formari, et dari per Potestatem, vel eius Vicarium super quocumque maleficio, excessu, seu delicto non videntur aliqua sollemnitate seu substantialitate omissa; sed valeant, et firmae sint, et valeant tamquam si fuissent observatae omnes sollemnitates et substantialitates de Iure requisitas; hoc tamen intelligi Volumus quando Maleficium sit Manifestum per confessiones, seu per testes, vel contumaciam autem per alium quemcumque modum legitimum secundum formam nostrorum Statutorum, et insuper limitamus, quod omnes Processus super Maleficijs sexaginta dierum spatio à die prima emanatae citationis debeant per sententiam absolutoriam, sive condemnatoriam expediri, aliàs Reus post dicta tempora habeatur omninò pro absoluto, nisi forte ex aliqua iusta causa ipsi videbitur dictum terminum prorogare.

56v

In quibus causis per inquisitionem possit procedi uel non. Cap.° 2.°

Generali proposita sanctione conuenit limitationes, et particularia declarare; idcirco statuimus, et firmiter ordinamus, quod Potas, uel eius Vicarius possit et ualeat de quocumque maleficio, uel excessu, et delicto, uel quasi procedere per inquisitionem ex officio mero, per denunciationem seu per querelam iniuriatae, siue offensae personae, uel eius Pris, Matris, Fratris, Patrui, Auunculi, Aui, Auiae, Mariti, Vxoris, filiae, Nepotis, filij, Neptis, Tutoris, Curatoris, aut praemissarum personarum procuratoris de, et super omnibus, et singulis partibus malefitijs, ac delictis commissis, et perpetratis; exceptis, et reseruatis omnibus infris casibus de, et super quibus nullo modo uolumus procedi posse per inquisitionem, immò procedi super eis, et ipsorum quolibet expresse prohibemus, Vz. de iniuria, uel offensa uerbo, uel facto illata, siue de aliquo malefitio commisso per, et inter consanguineos, uel affines usque ad 3.um gradum numerandos secundum Jus Canonicum. Item de, et super adulterio, stupro, concubinatu, uel alia quacumque Mulierum cognitione, fornicatione, siue iniuria minime procedi possit, nisi per accusationem, denunciam, siue querelam alicuius praenominatorum, et si procedat inquisitio, et Processus non ualeat ipso Jure hoc idem intelligi Volumus de malefitio commisso

per

per Minorem duodecim annorum, de cuius aetate stetur Patris, et Matris, Avi, vel Aviae, Tutoris, vel Curatoris, vel Proximioris consanguinei ipsius Minoris delinquentis usque in 3.um gradum, nisi evidens, et manifesta probatio de aetate praedicta haberetur Minorem .n. duodecim annis completis Declaramus pro maleficio aliquo per eum commisso nullatenus ad poenam aliquam teneri; si vero annum duodecimum excesserit usque ad annum decimum quartum delinquerit poenae dimidia, qua Maior puniretur, delinquens puniatur, et tamen contra eum minime procedi posse per inquisitionem, ut s.a dictum est; sed solummodo per accusationem, et denunciationem, et praedicta intelligi declaramus locum habere in maleficiis omnibus citra Mortem, et membri mutilationem, sive incisionem, aut a reliquo Corpore membrum remaneat separatum, et hoc idem declaramus intelligi de evulsione, sive totali caecatione oculi, et de incisione Nasi, in quibus procedi per inquisitionem posse per in praedictis autem omnibus sufficiat consanguinitatem, Parentelam, sive affinitatem, probare per publicam famam, quatuor idoneorum Testium testimonio probandam, si de ea dubitet.

De Paena insultantis
Cap.o 3.o

Insultus illicitos repenare cupientes, sive quibus

57v

rari percussiones, et uulnera in personam iniuriosè commic:
tunt, Statuimus, et firmiter ordinamus, quod si quis aliquem
insultauerit ad domum habitationis, uel apotecam, ubi con:
tinuò eius artem exercitaret iniuriosè cum armis ferreis
offensibilibus euaginatis decem librarum poena uice qua:
libet puniatur, Cum armis uerò non euaginatis, siuè cum
bastono, forcina, Mazza, aut ligneis alijs, siuè cum
lapide, pallocta de plumbo, uel de altero Metallo, siuè
cum Sincho, aut alio osso animalis, his similibus: si quis
aliquem insultauerit quinque libr. poena uice qualibet
puniatur. Si uerò insultando domum, apotecam insul:
tati intrauerit cum armis ferreis offensibilibus euagina:
tis, ut supra L.tas lib. poenam incurrat. Si cum praedictis
armis non euaginatis, uel cum lapide, bastono, pallocta,
Mazza, et alijs suprà expressis XXV. lib. poenam
puniatur. Si autem simpl. sinè armis, lapide, bastono,
et alijs suprà nominatis ad domum, uel apothecam
insultauerit, ut s.a L.ta sol. poena se nouerit incurrisse,
si uerò domum, uel apothecam intrauerit simpl. insul:
tando centum sol. poena puniatur uice qualibet; Insul:
tus aut factus ad domum, uel apothecam intelligatur si
fiat ante, siuè iuxtà hostium domus, uel apotheca, per
spatium, et mensuram trium pedum com.s; si uerò alibi
quam ad apothecam, uel domum insultauerit cum
dictis armis ferreis euaginatis in centum soldis. Si uerò
cum dictis armis non euaginatis, aut cum bastono, Maz:
za, pallocta, et alijs supradictis in quinq.tas soldis uice
qualibet

qualibet puniat; si aut simpliciter sine armis, et alijs s.ᵃ nominatis, sed pomitis simpl.ᵗᵉʳ insultauerit XX sol.ᵒʳ poena puniat. Et nihilominus statuimus, quod in omni casu insultans si percusserit de percussione dumtaxat, non aut de insultu puniat. Declaramus insuper, quod Insultus cum armis, bastono, lapide, vel similibus supradictis intelligat. si contra aliquem insultans iniuriose se mouerit de loco ad locum per spatium, et mensuram decem pedum de communi, sine armis vero intelligat si insultans sibi ad iniuriam reuocauit, et non aliter; sed quandoque, vim repulsare, et iniurias repellere iura permittunt; Ideo statuimus, quod insultato ad domum, vel apothecam, aut in alia quacumq. possessione propria, vel conducta liceat insultantem impune percutere, et vulnerare cum armis, et sine armis, citra tn Mortem, et membri mutilationem, et incisionem; In alijs vero locis impune liceat insultantem percutere, et vulnerare, sine sanguine dumtaxat, et fecisse praesumatur Insultatus ad suam legitimam defensionem moderatam, sine crimine inculpatae tutelae; in caeteris vero quibuscumq. casibus non expressis Jura communia seruari volumus.

De Poena euaginantis Arma Cap.ᵒ iiij

Spatam, Ensem, Cultellum, et his similia arma feritoria siquis contra aliquem euaginauerit iniuriose, licet non percusserit poena centum soldorum vice qualibet puniat; si vero percusserit, de percussione tantum

puniat, et non de euaginatione, uel insultu. Si quis autem manum posuerit ad prædicta arma feritoria, et non euaginauerit contra aliquem XXV. sol. pœna puniat.

De Poena percutientis cum Armis Cap. V.

Percutientes cum armis castigare uolentes, et emendare, ut alijs eorum pœna præbeat Victricis exemplum, Statuimus, et ordinamus, quod si quis aliquem percusserit cum ense, Spata, cultello, Spontono, Spicto, quadrelletto, pugnale, clauarina, tarcina, lancea mandoria, Roncha, partisiana, iannetta, accetta, bidente, Mazza ferrata, palella, siuè pugnalone ferrato, et his similibus armis ex parte ferri, et cum ferro ab humeris supra puniat. in centum libris denariorum pro qualibet percussione si sanguis exierit; si uerò in capite cum fractura cranei, uel ossis, aut in facie cum sanguinis effusione uulnerauerit, et turpe signum, siuè enormis cicatrix in facie perpetuò sit remansura iuditio Medicantis cum eius sacramento adhibito soluat duplum pœnæ prædictæ, et nihilominus si occasione dicti uulneris accepti oculum amiserit, adeò q. penitùs cœcus, et sinè lumine remanserit centum libr. pœna pro quolibet oculo puniat. Eadem etiam pœna puniri declaramus eum, qui alicui nasum, uel aurem in totum, uel in parte truncauerit, adeò quod à facie, siuè capite

separet

separet. Si verò occasione dicti vulneris, sive percussionis dens aliquis perderet ultrà poenas praedictas decem lib. poena percutiens puniat pro quolibet dente; si autem in humeris, vel infrà collum, et gulam cum dictis armis aliquem percusserit cum sanguinis effusione quinq.tas lib. poenâ pro quolibet vulnere se incurrisse noverit; si verò manum, vel pedem in totum, vel in partem inciserit, adeoq. à corpore separet, sive propterea percussus occasione dicti vulneris remanserit debilitatus, attractus, zonchus, vel mutilis ex illo pede, vel manu, brachio, crure, vel cossa ducentaz lib. poenam incurrat: si verò digitum manus inciserit, debilitaverit, zonchaverit xx lib. poena pro quolibet digito puniatur, pro digito verò pedis decem lib. pro quolibet digito poenam incurrat. Volumus tamen, et ordinamus, quod in omnibus supras casibus si delinquens poenam non solverit, aut solvere non potuerit infra x. dies à die latae sententiae contra eum, vel postquam venerit in fortiam Curiae numerandos manus dextera sibi imputetur itaque à corpore penitus separet; si verò de praedictis casibus, et percussionibus omnibus sanguis non exient poena decem lib. pro qualibet percussione percutiens puniat. Forensis autem percutiens, sive vulnerans terrigenam, sive habitatorem dictae terrae dupli poena in omnibus casibus puniat, declarantes, quod in omnibus p.tis casibus percutiens teneat percusso, vel offenso ad refician expensas medicoz, et medicinaz, et

aliarum rerum necessariarum ex dicta causa habita etiam ratione
dependiti temporis iuxta secundum declarationem fie:
ri per Ill.mos D.nos, et Potestatem pro tempora existentem

De Poena Percutientis cum bastono lapide, et similibus

Cap. VI.

Siquis autem aliquem percusserit cum bastono, seu baculo ligneo, stella, pala lignea, tabula, Targhetta, tabulario, Manico, sive hasta ronconis, giannettae partisanae, Clauarinae, sponcioni, sive ferro, aut cum manico palae ferreae, pugnalonis, aut cum stocco, ense ex parte pomi, et his similibus cum la:
pide etiam siquis aliquem percusserit cum Mattono, segula, Vrcio, Vasa, sive Ducale, aut cum osso, sive stinco alicuius animalis, aut cum pallotta de ferro, plumbo, sive alio Metallo in gula, sive collo ab hu:
meris supra cum sanguinis effusione triginta libr. poena pro qualibet percussione puniatur; si vero san:
guinis effusio non fuerit decem libr. poena puniatur. Si vero in humeris abinde, et infra cum sanguinis effusione in decem libr. Si vero sine sanguine per:
cusserit XXXX. sol. poena puniatur pro qualibet percussione; Volumus autem, quod in praedictis casibus si fractura cranei, vel ossis intervenerit XXX libr. poena percutiens puniatur, ultra praedictas

poenas

poenas propter fracturam ossis; Hoc idem Maioris poenae esse iudicamus si ex percussione turpis cicatrix, aut turpe signum perpetuo sit remansurum in facie.

De Poena percutientis manu uacua et capientis per capillos

Cap.° VI.°

Cum pugno, aut aliqua guanciata, siue boccata manu uacua siquis aliquem percusserit, aut iniuriose coeperit per capillos, aurem, siue per nasum, aut momorderit aliquem in naso, uel aure, seu in alia parte corporis a b humeris supra si sanguis exierit centum sol. poena puniat pro qualibet percussione, uel morsu; si uero sanguis non exierit L.ta sol. poenam incurrat addentes insuper, quod si in aliquo predictorum casuum faceret ipsum cadere in terram cum sanguine centum sol. sine sanguine L.ta sol. poena puniat propter casuram ultra praedictas poenas, et in eadem poena puniri sancimus eos, qui aliquem calce percusserit. siquis aut postquam aliquem fecerit in terram cadere ipsum traxerit, siue trascinauerit L.ta sol. poena castiget. de strascinatura, Caputtam uero, siue birrettum uiri, aut uelicellum, siue pannos capitis Mulieri siquis iniuriose leuauerit, uel proijecerit decem sol. poena puniat.

De Poena sponticantis, et capientis per personam Cap.° viij.°

Sponticationes iniuriosas praesertim eas, ex quibus lesio, et scandalum exoriri solet compescentes; statuimus, quod si quis aliquem iniuriose sponticauerit, si in terram sponticatus non ceciderit xx. sol. poena puniatur delinquens; si vero in terram ceciderit sine sanguine l.ta sol. poenam incurrat; si vero sanguis exiuerit centum sol. hoc idem per omnia puniri sanimus etiam qui aliquem per personas, aut vestes de dorso lacerauerit, si in terram sponticatus non ceciderit si per pannos iniuriose coeperit, si caperonem in terram cadere in terram fecerit. Addentes, quod si pannos, aut vestes lacerauerit, seu lacerare fecerit decem sol. poena puniatur, et damnum emendare in duplum secundum extimationem faciendam cum Iuramento per Potestatem, vel eius Vicarium, et Conciliarios per tempora existentes; Statuimus, quod si quis alicui manum immiserit iniuriose per gulam, vel ingula, aut barbam coeperit, vel depilauerit, aut se in facie alicuius iniuriose expuerit, aut aliquam aliam turpitudinem studiose proiecerit decem lib. poena vice qualibet puniatur, et damnum emendet iniuriato.

De Abolitionibus concedendis Cap.° viiij.°

Curpiliano

Turpiliano Senatus Consulto edocemur ad retrahendas, sive ad abolendas per iracundiam propositas accusationes, aut aliquando sit locus poenitentiae interdum per errorem ad accusandum, sive denuntiandum multi prosiliunt, ea propter Statuimus, quod siquis de aliquo maleficio, crimine, delicto, iniuria, sive damno dato quoquo modo ad accusandum, sive denuntiandum, vel querelandum coram Potestate, vel eius Vicario, et curia prosiluerit antequam Processus publicet in casibus illis, in quibus Processus publicat quandocumque ante citationem ad sententiam possit, et valeat impune desistere, poenitere, et propositam accusationem, denuntiationem et querelam detrahere, et abolere, sive cassari facere, dummodo pro abolitione, sive retractione, sive cassatione sol. quinque Potestati, vel eius Vicario persolvant, et nihilominus ipsa abolitione, sive cassatura posita amplius, et ulterius super dictas accusatione, sive querela instituta procedi non possit; et siquis super ea fieret, non valeat ipso Iure; excipimus tamen omnes casus, in quibus poena personalis, sive corporis afflictiva veniret quomodo imponenda; In quibus casibus omnino abolitionem, sive retractionem concedi prohibemus

De Homicidio studioso, vel casuali

Cap. X.

Homicidium, aut siquis studiose commiserit, vel fieri fecerit, aut mandaverit, vel quomodocumque ad homicidium perpetrandum, consilium, auxilium opem,

61v

fauorem, et auxilium praestiterit, siue antea, siue postea associando, defendendo, occultando, seu de manibus Curiae homicidam eximendo, uel eximere facien Juris Com. censuris, ac legalibus poenis subijaceat, et puniat.

De Tortura et Quaestionibus.

Cap. X.

Tormentorum materiam legme moderantes statuimus, et firmiter ordinamus, quod Potas, uel eius Vicarius non possit, nec debeat aliquam personam contra quam occasione, uel causa alicuius maleficij, uel excessus per inquisitionem processerit, torquere, uel tormentare, nisi prius legitimis adhibitis inditijs de maleficio, uel excessu, quod dicit esse commissum considerata qualitate facti, conditione personae, et alijs concurrentibus circumstantijs pro arbitrio Ill.mi D.nor, et Potatis dictae terrae, aut si per unum testem omni exceptione maiorem de dicto maleficium, de quo quaeritur probaret; hanc n. probationem unius testis de iure sufficiens ad Torturam inditium facere declaramus; Alia autem inditia ad dan. Torturam sufficiant arb.o Ill.mi D.nor, et Potestatis relinquimus, pensatis qualitate negotij, personar. conditione, ac alijs maleficij circumstantijs, ut supra diximus, et tamen si aliter procedatur, et fieri contingat; Volumus quod

quod confessio inde sequuta, vel alia quaecumq. non valeant, et Mere tormentor. extorta praesumat. Prohibemus insuper, et ordinamus, quod ad torturam, et tormenta deveniri non possit in casibus, seu Maleficijs, quor. poena centum sol. non excederet, et semper Potestas, vel eius Vicarius teneat. dare copiam inditiorum petenti cum termino ad purgandum inditia, nisi esset de casibus gravioribus, et atrocioribus, in quibus arb. Potestatis relinquimus; Concedimus tamen, ac permittimus Potestati, vel eius Vicario, quod possit, et valeat procedere contra quascumq. personas delinquentes, conformam nostror. Statutor. ad tormenta sine alijs legitimis inditijs praecedentibus, dummodo talis persona fuerit de tali Malefitio commisso diffamata per publicam famam per quatuor testes probatam; Quam famam sic probatam haberi volumus pro legitimo inditio ad tormenta

De Poenis duplicandis Cap.° XV.

Oculi vigilantibus causae circumspectionis provida iura pensarunt, ut ratione loci, personae, temporis, et aliar. circumstantiar. delicta redijt graviora, et poenas per ea merito augeri. Sancimus igit. matura deliberatione habita, quod omnes poenae imponendae pro Maleficijs, delictis, sive iniurijs committendis de Coetero in locis, personis, et temporibus infra demonstrandis, et annotatis possint et debeant augeri, et dupplicari semel tantum, et non amplius etiam

62v.

si plures, et plures duplicandi qualitates occurrerent, et sunt ista v[idelicet] pro maleficiis, vel iniurias commissa in Palatio, sive Residentia, sive conspectu Potarij, vel eius Vicarij in Ecclesijs, in Consilio g[e]n[er]ali, in p[rese]ntia Consiliariorum dicti Castri in praedicationibus, in processionibus, in eundo, vel stando ad funus, sive ad mortuum, vel ad Nuptias. Item poenas duplicari statuimus temporibus, et diebus infra[scriptis] v[idelicet] si maleficia, vel iniuriae committantur in die Nativitatis D[omini] N[ostri] Jesu Xpi cum tribus diebus sequentibus, in die Palmarum cum tota hebdomada sancta, et tribus diebus Paschatis Resurrectionis, in tribus diebus Pentecostes, videlicet Paschatis Rosati in festo Sancti Nicolai, et de Nocte. Et similiter poenas duplicari in maleficijs commissis de Nocte post sonum Ave Mariae, de sero usque ad ortum solis. declaramus insuper, quod si quis maleficium in personam Potarij, seu eius Vicarij, Consiliariorum Camerarij, vel Castaldi commiserit, seu iniuriam fecerit, vel verba iniuriosa protulerit arb[itri]o Ill[ustrissi]mi D[omi]nor[um] puniri decernimus.

De beneficijs concedendis
Cap[itul]o XIIJ.o

Quoniam Jura, ac etiam Judicantes ad poenas mitigandas magis quam ad exasperandas praesertim ubi pietas, humilitas, ac Necessitas suadet inclinari decens est. Idcirco p[raese]nti statuto sancimus firmiter Ordinantes quod quotiescunque pro maleficio, vel iniuria veniat

poena

poena pecuniaria imponenda si Reus, contra quem proceditur comparuerit, et eius prima comparitione, defensione, siue responsione, aut excusatione confiteatur sponte delictum, de quo agitur quartam partem poenae, qua uenit [illegible] condemnandus sibi relaxari Volumus. Item si pacem Reus habuerit ab offenso, de qua pace fidem faciat Potestati, uel eius Vicario per Notarium, uel Testes ante condemnationem de Reo fiendam etiam quarta pars poenae sibi debeat defalcari, atque dimitti. Item si Reus condemnatus soluerit cum effectu eius condemnationem intra terminum decem dierum post latam sententiam, et quarta pars poenae predictae sibi remittatur, quod quidem solutionis in termino beneficium Volumus non admitti quando poena Malefitii, uel iniuriae, de qua agitur, procedit, tractat non excedit quantitatem quinque librarum, et nihilominus huiusmodi de quartationes defalcationes, siue diminutiones poenarum semper fieri debere declaramus de ea summa, et quantitate poenarum, quae remanet, et restat

De Poena dantis auxilium, consilium et fauorem Cap.° xiiij.°

Decet magis opere delicta perpetrantes puniri, quam facientes, siue auxiliantes; ideò statuimus, quod quilibet Potest opem, consilium, auxilium, et fauorem alicui Malefitium, uel iniuriam contra aliquem committenti immediatè poenae, qua principaliter uenit puniendus, siue

63v

condemnandus semper puniri debeat, et intelligat: quis praestare opem, auxilium, consilium, et fauorem, si manum ad arma miserit contra iniuriatam personam, uel turpia, et enormia dixerit, aut maleficium sceleris committat. d

De Poena male loquentis con statum D.nos Cap.o XV.o

Vt male loquentium reprimat audacia, statuimus, et ordinamus pro futuris scandalis euitandis, quod si qua persona maledicet, uel male loquet: malo optabit, culpabit, aut damnabit praesentem statum pacificum Sanctae Romanae Ecclesiae, et Ill.morum D.nos non esse bonum, uel alia uerba loquendo, quae ponent quomodolibet con Ill.s D.nos scandalum in dicta terra generare arb.o Ill.s D.nos puniri volumus.

De Poena blasphemantis Deum, uel Sanctos Cap.o XVI.o

Blasfemiam praesertim contra Deum, uel S.tos quamplurimum abhorrentes, cum nil peius fieri posse uideat, statuimus, et ordinamus, quod si quis maledixerit Deum Jesum Xpum Saluatorem n.rum siue filium Dei, aut Sp.um Sanctum, aut B.eatam Virginem Mariam, ut si quis dixerit iram a Deo

uel

uel iniuriose maledetto sia Dio, il figliuol di Dio, Nro
Salvatore Jesu Xpo, lo Spirito Santo, la Vergine Ma:
ria, la Madre di Dio, uel similiter al dispetto cornuto,
becco, et similia poenam XXV libr. pro quolibet hu:
iusmodi verbo incurrat sine aliqua diminutione, et
stare debeat decem diebus continuis, quam poenam
si non solverit is, uel alter pro eo antequam de carce:
ribus liberet linguam omnino sibi amputari Volumus,
ut unius poena multorum metus efficiatur. et quilibet
possit accusare, et credatur cum uno idoneo teste bonae con:
ditionis, et famae, dummodo accusator, et testis non
sit aliquis de familia Potestatis, nec Castaldus, nec Curia:
tor, et teneatur accusator secretus sibi voluerit; si quis autem
blasphemaverit, aut aliquid aliud verbum protulerit
iniuriosum contra Deum, Xpum, Spiritum sanctum,
aut Virginem Mariam Potta, per lo Renegar, per
lo sconspitto, per la Pottana, et his similia XXV libr.
poena puniatur vice qualibet; qui vero iniuriose iu:
raverit per Viscera, et interiora, per capillos, per Ven:
trem, per Culum, et Pottam, per caput, per pedes, et
alia quaecumque membra particularia decem libr.
poena puniatur; si quis vero iniuriose iuraverit simpl.
per Corpus, aut per sanguinem XX sol. poena
vice qualibet incurrat; si quis autem maledixerit,
blasphemaverit, despectaverit, uel iniuriosa verba
protulerit, aut iniuriose iuraverit per Membra
Sanctorum, et Sanctarum Dei qui, et quae in Calendario

et lesioes dictae personae reperiantur dimidia poena supra imposita puniatur. Volumus tamen, quod in omnibus praedictis procedi possit per Inquisitionem, vel ex off.o &

De delictis Puerorum Cap.o xvij.o

Puerorum delicta punienda declarantes statuimus, et ordinamus, quod si Minor duodecim annorum aliquod maleficium, sive delictum vel quasi, aut aliquam iniuriam, vel offensam fecerit, vel commiserit poenam aliquam incurrere prohibemus, et punire non posse, si vero annum duodecimum excesserit, et delinquerit usque ad 16. annum perfectum non in dimidia parte, et poena, qua maior delinquens puniret ipse puniatur, et de eius aetate credatur testimonio Patris, vel Matris, Avi, vel Aviae, Patrui, vel Matertere, aut aliorum propinquorum cum Juramento, et praedicta locum habere volumus in Maleficijs, vel delictis omnibus commissis, et committendis per pueros, ultra tamen Mortem, aut Membri mutilationem, sive incisionem, in quibus casibus arbitrio Potestatis, et Ill. Dnorum dictae personae puniri declaramus conditione personarum, et qualitate factorum mature pensatis.

De Receptatoribus Banditorum Cap.o xviij.o

Malefactores, et delinquentes certum est non posse diu latere si receptatorem non habuerint

idcirco

idcircò statuimus, et ordinamus, quod si quis receptauerit, aliquem sbannitum de dictis terris, et de sbannimento appareant in Curia Potatis, et eidem sbannito opem, consilium, et fauorem praestiterit, ac receptauerit arb.° Ill.ᵐⁱ Dños puniri volumus qualitatis, temporis pensatis.

De Poena non capientis arma ad Mandata Potatis Cap XIX.°

Non minus saepenumero negligentes ad arma sumenda puniri oportet existente causa, quam etiam arma sumere, aut sumpta deponere mandante praesertim Potate. Quo circa statuimus, quod si quis ad mandata Potatis, aut Consiliariorum neglexerit arma sumere, et illuc accedere quo sibi fuerit ordinatum, et praesertim in tempore suspecto guerrarum, currerie, cauallate, siue represaliarum XL. Sol poena uice qualibet puniatur statim per Ill.ᵐ Dños Potatem, uel Consilarios maior poena fuerit imposita, et specificata

De Verbis iniuriosis, et remproperatoriis. Cap.° XX.°

Iniuriosa uerba, uel turpia si quis dixerit iniuriose alicui personae Vt Cornuto, Becco, Bigognoso, Ricredente, Bastardo, latrone, Traditore, Assassino Falsario, Robbatore, Ruffiano, cacarciaio, Heretico,

Patrino, figlio di Puttana, aut mulieri bonae famae dixerit puttana, vessiana, ribalda, mallarosa, fa: tuchiara, cacarviaia et his similia verba turpia in Lta. sol. pro quolibet verbo puniat. Si verò alia verba iniuriosa leviora turpe dixerit contra aliquem, et ea sibi ad iniuriam revocaverit, sive re: putaverit persona, contra quam prolata fuerit poena XXV. sol. puniat. Si quis aliquem alicui optaverit, et iniuriosè dixerit ti venga il carbon: cello; Cancoro, Vermecane, Anguinaglia, el grosso tubello, lopo, capogatto, caca sangue, et his similia in X. sol. puniatur, et in praedictis casibus Volumus, quod credatur Sacramento accusatoris cum uno teste idoneo; Reimproperantes simili puniri sancimus, puta si quis reimproperaverit contra aliquem iniuriosè mortem violentam alicuius de consaguineis usque in 3.um gradum inclusivè secundum ius Canonicum nu: merandum Lta. solid. poena puniatur, si verò mem: brum aliquod incisum, sivè debilitatum, aut cicatri: cem, sivè atrocem iniuriam, vel vulnus alicui reim: properaverit poenam XXV. sol. incurrat. Si verò aliquem ex mentiverit iniuriosè, ut puta, dicendo tu menti perla gola, et similia simili poena pro quolibet puniat.

De Stupris, et Adulterijs Cap.o XXj.o

Ubi maiora possunt inesse seu pericula

ibi

ibi castius procul dubio est providen(dum) cum n(on) nil
intollerabilius inter homines soleat reputari, quam
mulieres illicitos coitus; Quocirca statuimus, et ordi-
namus, quod si quis violenter cognoverit aliquam
Virginem Mulierem CC. libr. poenam incurrat, et
nihilominus ipsam Mulierem dotare teneatur in
XXV flor auri in auro, ipsamque Mulierem
accipere in legitimam Uxorem compellatur si ipsa Mu-
lier deflorata, eiusque consanguinei id voluerint dum
vir talis ad Matrimonium cum ea legitime consu-
men(dum) habilis esse reperiatur poena tamen predicta
CC. libr., ac dote XXV. ducatorum auri in auro fir-
ma semper remanente accipiat, vel non accipiat
in uxorem. Si quis autem violenter nuptam Mu-
lierem cognoverit carnaliter poenam XXV. ducatorum
auri cognoverit in auro incurrat; Si vero Viduam
violenter cognoverit XXV ducatorum auri in auro poe-
na puniatur, et ipsam capere in legitimam uxorem
compellatur, et dotare, ut supra dictum est in Virgine
si habilis esse reperiatur, et Vidua, eiusque Consangui-
nei id voluerint. Si quis vero attentaverit aliquam
Mulierem de praedictis carnaliter cognoscere, re tamen
non secuta poena dimidia puniatur. Si quis autem
Virginem, aut Viduam voluntarie cognoverit de-
cem ducatorum auri in auro poenam incurrat et ipsam
dotare, et in uxorem capere debeat, sicut supra
sancitum est. Si vero Nuptam Mulierem volun-

66v 1

tariè cognouerit XX ducatis auri incurrat poena pu:
niariae, et voluntariè semper volumus intelligi huius:
modi carnales coitus esse commissos quando scienter
loco, vel modo committantur, et mulieres praedictam
conatibus, et clamoribus, verbo, et facto non relu:
ctauerunt, ac repugnauerint; tunc .n. et eo casu mu:
lieres praesumimus consensisse, et scelens esse par:
ticipes; Volumus tamen quod istae mulieres sic
ut supra voluntariè carnaliter cognitae puniantur
pecuniaria, vel personali, aut corporis afflictiua poe:
na, prout melius videbitur, et placebit consanguine:
is, et attinentibus propinquioribus puniatur, ultra
tamen mortem, vel membri mutilationem, et in
uitionem, et nihilominus in praedictis Potestas,
vel eius Vicarius per inquisitionem procedere non
possit, sed solummodo per accusationem personae
iniuriatae, vel eius ad quem spectat de iure pro:
cedi possit; si aliter fiat non valeat Processus ipso
Iure. Mulierem autem inhonestam siue ma:
lae famae si quis violenter cognouerit X libr. poe:
nam se nouerit incurrisse; si vero voluntariè
et ipsa consentiente, vel dicente fecisse de eius vo:
luntate poena nulla puniatur. Mala fama
in praedictis mulieribus vitae honestae per quatuor
testes idoneos probari possit, et sufficiat quod sic fama
in dicto Castro, et habeatur pro plena, et legitima pro:
batione. Si qua tamen mulier de praedictis

mulier

mulieribus malae famae contra aliquam personam bonae famae aliquod turpe, aut iniuriosum verbum protulerit iniuriose XX sol. poena vice qualibet puniat. ultra poenas alias impositas per statutum nostrum loquens de verbis iniuriosis, et credi volumus sacramento mulieris bonae famae infra XX. sol. Et insuper prohibemus p.tas mulieres malae famae admitti posse, seu debere ad accusandum contra mulierem bonae famae super aliquo delicto vel maleficio; et si forte eas admitti contingat, talis accusatio non valeat.

De Sudomia, et stupro
Cap. XXIJ.

Puerum, vel puellam impuberem si quis stupraverit, corruperit, vel sodomitaverit poenam confirmationis se noverit incurrisse, si delinquens XXV. annos excesserit; si vero minor fuerit arbitrio Ill.mi D.nor, et Potestatis dicti Castri puniatur facti qualitate, personarumq. conditione pensatis. Si quis autem puerum, vel puellam maiorem quatuordecim annos stupraverit, vel sodomitaverit ducentas libr. poena vice qualibet puniat. quam poenam si non solverit, aut solvere non potuerit infra X. dies spatium a die latae sententiae numerand. membrum virile cum testiculis poenitus sibi am:

67v

putari decernimus; Ita quod à corpore separet, et alijs transeat in exemplum beneuiuendi.

Q Procedat de similibus ad similia Cap. XXIIIJ.

Difficile admodum reputamus, et quasi impossibile, quod cuilibet maleficio, siue delicto in futurum occurrenti speciale nomen, ac particularis poena possit imponi. Idcirco statuimus, et firmiter ordinamus, quod in quibuscumque maleficijs, siue delictis imposterum committendis, et perpetrandis, de quibus in huiusmodi statutis Volumine certa, et specificata poena non reperiat imposita Potestas, uel eius Vicarius procedat, et puniatur, De similibus ad similia. Volumus autem quod huiusmodi assimilationes faciat Potestas, uel eius Vicarius unà cum consiliarijs dicti Castri. Hoc idem etiam locum habere decernimus in extraordinarijs, et damnis datis, ut de simili ad simile procedat.

De Poena Iniuriantis, uel percutientis Patrem, et Matrem Cap. XXV.

Lege testante Deo principaliter nascimur, deinde patriae, et posteà Parentibus. Quocirca

statuim

statuimus. quod si quis in personam Parentum à
quibus post Deum habere esse naturaliter profitentur
intulerit iniuriam acri poena debere merito puni:
ri, et potissime ingratos filios, aut Nepotes te:
meraria iracundiam, seu audaciam compescentes
sancimus, quod si quis Patrem, vel Matrem, Avum,
vel Aviam cum aliquo armorum genere percusserit
cum sanguinis effusione nudus per totum Castrum
Dasbij bis circumcirca virgis publicè fustigetur,
et postea per duos continuos menses carceratum in
compedibus teneat, et tanto amplius quanto Patri
vel Matri, Avo, vel Aviae offensis placuerit; si verò
percusserit cum dictis armis sine sanguine nudus
semel debeat fustigari, et postea per unum mensem
carceratus, et in pedibus debeat detineri. si autem
aliquo alio modo armis inferret iniuriam uno men:
se continuo in carceribus maneat; si verò verbis iniu:
riosis eos offenderit XV. dierum spatio carceretur, et
amplius pro voluntate Patris, vel Matris iniuriatae.
addentes insuper contra renitentes, rebellos, et con:
tumaces filios, vel Neptos, ordinamus quod Potestas
vel eius Vicarius teneatur, et debeat sub poena libr. sol.
et vinculo praestiti Iuramenti vice qualibet quando:
cumque ad requisitionem, Avi, vel Aviae, Patris,
vel Matris constringere, et carcerare filios, vel
nepotes inobedientes, ac potere renitentes prout eorum
Patribus in rebus licitis, et honestis pro quanto

tempore eis placuerit; Ita quod obedientes fiant

De furtis, et eorum Poena
Cap. XXVI.

Furans Pullum, Anserem, gallinam, Columbum, et aliam quamcumq. rem mobilem, aut se moventem; si res furatae fuerint valoris quinq. sold. poenam XX. sold. se noverit incurrisse. si vero fuerint maioris valoris usque ad X. sold. inclusive in X. libras sol. puniatur abinde supra usque in XX. sol. valorem centum sold. poenam incurrat, abinde vero supra usque ad valorem XL. sol. poena decem libr. puniatur; abinde vero supra usque ad valorem furti centum sol. XXV. quinque libras nomine poenae persolvat. abinde vero supra usque ad valorem decem libras puniri in libras quinquaginta debeat omnino, abinde vero supra quantacumque sit quantitas rei furatae semper in quadruplum valoris rei furatae nomine poenae puniatur, et nihilominus in omnibus praedictis fur in duplum emendet damnum passo, et in ea per Potestatem, et eius Curiam debeat condemnari. Volumus tamen, quod in praedictis casibus condemnatus in poenam decem libr., et abinde supra si dictam poenam non solverint, aut solvere non potuerint infra terminum decem dies à die condemnationis

num

69268

numerandum per totum Castrum debeat de die publicè fustigari; si verò in XXV. libr. condemnatus fuerit, et abinde supra si non solverit, aut solvere non poterit pes dexter sibi debeat amputari, ita quod à crure penitus separet; si verò in L.ta libris, et abinde supra condemnatus non solverit, aut solvere non poterit, manus dextera sibi amputetur, et unus oculus evellatur.
Plura, et modica furta committens, et furans res maioris valoris X. lib. et abinde supra qualitate loci, temporis, rei, et personarum conditione pensata Potestatis, et Consiliariorum arbitrio puniatur. ut libras excedat poena furti: si quis autem tria, vel plura furta commiserit, quorum poena X. libr excedat. pro quolibet furto ex dispositione praesentis Statuti pro famoso fure haberi declaramus, et laqueo suspendi omnino moriturum.
Aggressores autem, aut violenti raptores, sive disrobatores stradarum, licet modicum rapiant, nec non publici, aut famosi latrones, seu furones omni beneficio provocationis, et appellationis poenitus exclusi furcis suspendantur. Ita quod verè moriantur, et si casus exegerit strascinentur, aut dismembrentur ad aliorum malefactorum terrorem:

De Poena furantis bestias Cap.o XXVI.

Bestiarum furta etiam quae à Pastoribus, ac custodibus etiam committi saepè vidimus Advertentes

hoc praesenti Statuto Sancimus. Quod si Custos aliquis Bestiarum, sivè Pastor D̄no suo, vel alteri, cuicumq. personae, sivè etiam si quis alius furto subtraxerit, seu furatus fuerit aliquam pecudem, capram, porcum, sivè aliquam Bestiam pecudinam, caprinam, porcinam, vel similem alicui de dicto Castro poena X. libr. pro qualibet Bestia puniatur, et damnum emendet in duplo damnum passo; si verò bovem, Vaccam, Bufalum, Equum, Equam, Vitulum, Pollitrum, Asinos, Mulos, aut similes Bestias grossas mares, et foeminas si quis violenter, vel furtivè acceperit, aut interfecerit in districtu dicti Castri qualibet vice pro qualibet bestia XXXV. libr. poena puniatur, et damnum in duplo patienti reficiat, et si dictam poenam non solverit, aut solvere non poterit infrà terminum sibi per Potestatem statuendum in condemnatione publicè, ac de die per totum Castrum fustigari debeat. Volumus tamen quod si quis praetenderet aliquam dictarum Bestiarum accepisse cum aliquo iusto titulo debiti, vel obligationis cuiuscumque, eamque Bestiam Curiae denuntiaverit in trium dierum termino poenam non incurrat; si quis autem aliquam dictarum Bestiarum invenerit errantem sinè patrono, vel Custode, et eam recolligerit, sivè receperit, et Curiae denuntiaverit infrà terminum quinque dierum lucretur à patrono dictae Bestiae tres solid. pro qualibet bestia Minuta, et solid. quinque pro

qualibet

qualibet bestia grossa; si uero infra dictum terminum quinque dies non denuntiauerit, uel Curiæ non assignauerit, et illam retinuerit, uel de ea aliter disposuerit, aut eam contractauerit, pro furto habeatur; quod in suum non erat ad alium spectare, et pertinere modis omnibus lege testante scire debuit. Hoc idem declaramus, et determinamus de alijs quibuscumque mobilibus rebus alienis repertis, si eas recipiens repertas non assignauerit Curiæ in termino sup.º furto ad scribi, ut supra dictum est.

De Poena furantis, uel deguastantis cupellos Apium Cap.º XXVIIJ.º

Cupellos Apium si quis furatus fuerit, seu studiose deguastauerit alienos unum, uel plures cum apibus, uel melle XXV lib. poenam pro quolibet cupello se nouerit incurrisse, et damnum emendare in duplum pacto condemnetur secundum æstimationem eius sacramento faciendam Potestatis arb.º moderando, receptator autem talia furta X lib. poena puniatur.

De Poena furantis linum, bladum et his similia Cap.º XXIX.º

Linum, Canapam, granum, aut aliud bladum, siue legumen, in campis extra dictum Castrum si quis furatus fuerit de area, auoltaria, Bonono, uel

70v

abinde quinque libr. poena vice qualibet de die, de nocte autem in duplo puniatur, et hoc intelligi declaramus de furto commisso à quatuor gregnis, sivè manipulis, vel Mattellis supra; abindè verò infra xx. sol. poenam incurrat pro qualibet gregna, Manno, sivè Manipulo, et in omni casu damnum in duplum emendet Patrono rei furatae semper debeat reus condemnari patroni Sacramento aextimandae. Si verò intus dictum Castrum, sivè de domo, vel cappana vel gripta furta praedicta quis commiserit dupli poena eius, quod supra sancitum extitit puniatur cum dupli emenda, ut supra. Si autem Salmam bladi, lini, Canapis, vel aliorum Bladorum, sivè leguminum furatus fuerit unam, vel plures xx. libr. poena se noverit innodatum pro qualibet salma, et praedicta intelligi Declaramus de blado, fabis, et alijs seminibus, et leguminibus quibuscumque si fuerit triturata, et à paleis, et stipulis separata, usq. ad salmam et à salma supra qualibet vice, et qualibet salma. Receptatores vero p.tos furtorum sciverit in dimidia poena, et emendae praedictae semper puniri decernimus.

De Poena furantis Vomerem, aut de guastantis Aratrum Cap.o XXX.o

Vomerem de ferro, aut aratrum Carrum vel alias bovum, seu Bufalorum ad arandum, et trahendum

armatura

armaturas, siquis furatus fuerit. aut inciserit, seu deguastauerit studiose in l.ta sol. puniat, et damnum in duplum damnum passo condemnari debeat emendare eius sacramento extimandum.

De Poena furantis Nassam, et similia. Cap.o XXXj.o

Nassam, squitionem, aut aliquod aliud artificium aptum ad capiendum pisces siquis de flumine furatus fuerit, aut quomodolibet deguastauerit, siue disperdiderit l.ta sol. puniat. pro quolibet artifitio in flumine posito ad capiendos pisces, siue captos retinendos siquis autem predicta artifitia, uel aliquod ipsorum in flumine existentia ad piscandum requireret poena X. sol. uice qualibet pro quolibet artifitio se nouerit incurrisse, et damnum emendet in duplum damnum passo. si pisces ex dictis artifitijs abstulerit.

De Poena furantis Vuas Vinum, uel Mustum Cap.o XXXij.o

Furans Vuas Vindemmiatas de Massa tina, busculis, siue torcularibus poena decem libr. puniat. pro qualibet salma, quam abstulerit, et abinde supra pro rata dictae poenae, et eadem poena puniri statuimus. siquis Mustum, aut Vinum furatus

fuerit pro quolibet Barrili, et emendam in duplum sa=
tis facere damnum passo compellat

De Poena furantis saxa, tegulas, canalia uel Mattono: Capº xxxiij.º

Siquis saxa, tegulas, seu cantonios, canalia, seu
Mattones, et his similia furatus fuerit poenam 1to sol.
se noverit incurrisse pro qualibet salma, et abinde s.a
pro ratha; et semper in duplum, emendam satisfa=
cere damnum passo condemnet. ac eadem poena
puniri sancimus siquis calcem furatus fuerit pro
qualibet salma calcis.

De Poena furantis tabulas, siue lignamina Capº xxxiiij.º

Tabulas, trabos, tauiellos, cerculos, et alia
similia lignamina laborata, siue disposita ad fa=
bricam alicuius laborerij, uel edifitij siquis fura=
tus fuerit centum sol. poenam incurrat pro qua=
libet salma, et abinde supra pro ratha, et damnum
in duplo damnum passo compellat emendare.

De Poena ementis rem furtiuam Capº xxxv.º

Rem furtiuam, siue rem furatam aliquam

siquis

siquis scienter emerit, aut bestiam aliquam à Pastore, vel Custode inscio, et invito Bestiae patrono emerit statuimus puniri dimidia poena, qua principalis fur, et vendens pu: niendus veniret ex forma supradictorum Statutorum de materia loquentium, et nihilominus dictam rem, sive Bestiam, aut eius integrum valorem Juramento damnum passi decla: ratum satisfacere compellatur. Si vero rem, aut bestiam esse furtivam ignoraverit, et illam emerit bona fide, et pa: trono repetenti restituere recusaverit poenam 1ta sol: uice qualibet se, noverit incurrisse, et nihilominus coga: tur per potestatem, vel eius Vicarium rem ipsam, vel Bestiam si extat aliàs eius rei, vel bestiae valorem, et aestimationem Juramento patroni extimandam resti: tuere, ac satisfacere compellatur patrono rei, vel Bestiae iurato sine aliquo pretio, sive solutione aliqua facienda.

De Poena afferentis per vim rem alienam Cap.º XXXVj.º

Si bonorum raptorum crimen, seu rapinam, cuiusque furta simplicia meritò leges abhorrere solent, et punire, Id circò statuimus, et ordinamus quod si quis per vim bursam, vestem, pannos, seu aliquam quamcumque rem, pecunias, seu bestias iniuriosè de manibus suis, sive de dorso alicuius ra: puerit semper tripli poena, qua fur simplex puniretur

ex supradictis statutis se noverit incurrisse. Excipimus tamen à poena p.ta eos, vel eum, qui invenerit damnum dare ab ipso damnum dante per vim, et violentiam rem, aut Bestiam aliquam acceperit pro pignore, dummodo infrà tres dies Curiæ dicti Castri dicta pignora assignaverit, et aliàs poenam furis non possit evitare, cum emenda dupli damnum passo.

De Poena furtim dimictentis per Muros Cap.o XXXVIj.o

Qui aliundè quam per hostium, sive portam conat.r intrare, transire, sivè res transportare Sacro sancto Dei Evangelio testante, fur est dicendus, et latro; Quo circa statuimus, quod si quis per muros dicti Castri Baschij rem aliquam furatam, sivè raptam scienter ab extrà muros ejecerit, aut cum fune, vel aliter dimiserit, aut è converso per muros intromiserit s.ta sol.i pro poena vice qualibet solvat.

De furtis domesticis Cap.o XXXVIIj.o

Scandalis obviare cupientes, quæ sæpè eveniunt in familia propter furta Domestica statuimus, et firmiter ordinamus, quod si quis scienter emeret aliquam rem, seu res per filios familias

sivè

siue alios de familia secretò, et clam sublatas, siue
acceptas à Patribus, uel Patronis intus, uel extra dictum
Castrum res si extant aliàs eius condignum ualorem
Patri familias, uel Domino restituere cogatur sine re:
stitutione pretij forsitan soluti filio familias, uel alteri de fa:
milia prædicta. Si uerò scienter emerit dictas res in do:
mo, uel ad domum Patris, uel Patroni ultrà rei restitutio:
nem si res extat aliàs condigni ualoris æstimationem,
si res non extat sine pretij restitutione, ut supra est ordi:
natum l.tra sol. pœna uice qualibet puniatur. Tunc
.n. filium familias, uel alios de familia ad furandum,
et subripiendum ab ipsorum Patribus, uel Patronis corrupisse
præsumi volumus similiter quoque et eadem pœna
l.tra sol. receptatores talium rerum sublatarum pu:
niri declaramus.

De Pœna occupantis Jura, uel Introitus Dnorum et Cois Cap.o XXXIX.o

Quod communiter possidetur negligi solet, ut
plurimum, et præsertim circa Dnorum, et Coitatis Jura,
et introitus loquentes, in quibus dilapidatores potiusq;
administratores Conseruatores nuncupari possumus no:
minari. Ideirò statuimus, et firmiter ordinamus,
quod si quis reperiatur penes se retinuisse Jura Com:
munitatis, aut Dnorum dicti Castri per tempora existen:
tium, siue scripturas, siue introitus, pecunias, uel alia

73v

bona quaecumque ultra decem dies post eius finitum Offitium, sive administrationem, sive Camerario facitori, et alijs officialibus, ad quos spectat non assignauerit et restituerit cum effectu I.to sol. poenam incurrat pro qualibet die, quas restituere neglexerit postquam sibi per Potestatem, vel eius Vicarium fuerit demandatum.

De Poena ponentis res iniuriosas, vel diffamatorias ad domum alicuius.

Cap.o XXXX.o

Iniuriosas, vel diffamatorias impositiones ad alienas domos, ex quibus non modica scandala faciliter exoriri solent, et possunt, et iurgia compescentes statuimus, quod si quis studiose ad domum, sive ante domum habitationis alicuius posuerit cornua bestiarum, ferias fetidas, stercora, aut aliquid aliud turpe decem XX libr. volumus castigari. Si quis autem posuerit aliquem libellum, cedulam, sive scripturam, aut picturam continentem, seu demonstrantem aliquod famosum, iniuriosum, sive diffamatorium patrono, sive habitatori domus, ad quam, vel ante quam ponitur XXV libr. puniatur vice qualibet, de nocte autem in praedictis poenam duplicari sancimus non immerito quia de nocte, ut plurimum huiusmodi diffamationes apponuntur, et Lex civilis contra delinquentes nocti poenas minatur, et punit.

De

De Poena turbatae Possonis Cap.° XXXXI.°

Occupantes, sive aliena bona turbantes, sive molestantes pacificos possessores propria auctoritate in bonis stabilibus sibi ipsis Jus dicendo, ex quo ad arma saepe numero solet deveniri reprenare cupientes statuimus, et ordinamus, quod si quis in possessione rei stabilis aliquem turbaverit, sive propria eius auctoritate molestaverit, aut dictam rem stabilem occupaverit, vel invaserit si dicta res fuerit decem libr. valoris, et abinde infra centum sol. poenam incurrat. Si vero maioris fuerit valoris quantacumque sit quantitas Lta libr. poenam incurrat, et possidens nihilominus rem, et possessionem restituere debeat, et à turbatione sive molestatione penitus cessare, nec non etiam damnum, et expensas sacramento damnificati declaranda satisfacere condemnet reservato tamen sibi Jure suo in proprietate, vel dominio super dicta re stabili in Judicio, si voluerit; rei autem mobilis, aut se moventis si quis ablator, sive turbator fuerit, vel Molestator possessionis poena X. libr. puniatur. Si valorem decem libr. excesserit, abinde vero infra centum sol. poena molestet; et rem relaxet, ut supra dictum est. Si quis autem auceperit, turbaverit, impediverit, sive fregerit investituram, seu tenutam rei, vel possessionis datae, vel concessae per Curiam in Medietate poenae superius ordinatae iuxta valorem rei turbatae, ut supra dictum

fuit puniri declaramus nisi penitus dictam tenutam
restituerit, et ab ea Molestatione cessaverit ante respon:
sionem. Processus propterea contra ipsum formato.
Quo casu pro prima vice alia poena puniri non vola:
mus; si vero iterum et iterum quandocumque turba:
verit, impediverit, fregerit, seu Molestaverit possiden:
tem poenis superius expressis, et declaratis omninò pu:
niri volumus. Hoc idem sancimus, et disponimus contra
occupantes, sive invadentes propria auctoritate res, vel
bona, et Possessiones aliquas quomodolibet spectantes Com:
munitati, ac Magnificis Dominis dicti Castri si propria
auctoritate fecerit, et sine aliqua licentia Consilij, et
Dnorum dicti Castri.

De Poena guastantis viam Vicino
Cap.o xxxxij.o

Viam, actum, iter, sive transitum eundi, et
redeundi siquis impediverit, sive deguastaverit alicui
suo Vicino, quam, vel quod habuerit, seu habere se per lo:
cum fundum, sive Possessionem suam, ità quod ire, et
redire non posset sicut ipse, et sui Auctores ire, et tran:
sire consueverunt contra praesertim praecedentem in X lib.
den. puniatur vice qualibet, et Nihilominus dictam
viam, iter, Actum, sive transitum in pristinum esse
reducere compellatur, Minime vero tenere Mutandam
in praeiudicium alicuius, quae diu stetisse probantur.

De

De termino Moto Cap.° XXXXIJ.

Terminos, limites, sivè Morras pro confinib. existentes inter fundos, vel Possiones quascumque diversarum personar., aut inter diversa tenimenta si quis studiosè evulserit, amoverit, cavaverit, seu quomodolibet devastaverit lignizando, arando, vel aliter quomodocumq. studioso modo transcendendo terminos, et limites suos in fundum, sivè Possionem Vicini, aut d.os terminos occultaverit, vel firatus fuerit 1to. libr. poena sine aliqua diminutione vice qualibet puniatur, et nihilominus dictos terminos, limites, sivè Morras unum, vel plures reponere in pristinum statum omninò compellatur, damnumque emendare cogatur patienti, damnificato eius Iuramento declarandum

De Poena calumniantis. Cap.° XXXXIIIJ.

Innocentem calumniosè diffamantes nisi puniantur maximum solet in Republica scandalum generare; eapropter statuimus, et ordinamus, quod si quis aliquam innocentem personam calumniatus fuerit, sivè diffamaverit de aliquo crimine maleficio, vel delicto, sivè de quacumque aliare diffamatoria modo aliquo in psentia, vel absentia personae calumniatae, aut aliter clamando, dicendo, vel qualitercumque exponendo contra ipsam et diffamatam personam, dum tamen ipsa diffamato

persona sibi ad iniuriam reuocauerit et coram Potate siue eius Vicario, et Curia accusauerit, querelauerit, seu denuntiauerit de dicta diffamatione poenam centum sol. vice qualibet et quolibet verbo diffamatiuo incurrisse declaramus, et ad satisfaciendum compellatur; et condemnetur personae iniuriatae, seu diffamatae aestimationem iniuriam, vel diffamationis, iniuriae faciendam cum iuramento personae iniuriatae, vel diffamatae, et taxandam arbitrio Potatis vel eius Vicarij considerata qualitate calumniae, et diffamationis, ac conditione personarum diffamantis, et diffamatae pensata.

De Poena incidentis Vineam, vel Pergulas Cap. XXXXV.

Cum maximos nobis fructus pergulae, et vites producant, ut nil suauius inter caetera liquamina pro usu vitae humanae habere profiteamur, et tanquam ingratissimi pusillanimitate ducti immemores Vini suauitatisque, et Masti suauitate contra pergulas et vites innocentes interdum ulcisci quaeritamus. Quo circa huic morbo medelam adhibere volentes contra delinquentes statuimus, et ordinamus, quod si quis per iniuriam, vel studiose Vineam, pastinum, siue Vites alienas inciserit, roncauerit, euulserit, siue deguastauerit iniuriose XXV libr. poenam incurrat pro qualibet vice si numerum XX Vitium non excesserint

excesserit; abinde vero supra usque ad vites XXXX. poena Lta. libr. puniat; abinde vero supra centum libr. poenam se noverit incurrisse, et semper de nocte poena duplicetur; et in duplum emendare damnum compellatur damnum passo, et nihilominus in praedictis casibus si poena imponenda XXV. libr. excedat, et ipsam poenam a XXV. libr. supra non solverit, aut solvere reus non potuerit infra terminum decem dierum a die condemnationis numerandum manus dextera sibi amputetur Ita quod a brachio, et corpore penitus separetur. Si quis autem studiose per iniuriam Pergolam alienam inciserit, roncaverit, evulserit, seu deguastaverit decem libr. poena pro qualibet Pergula puniatur, cum conditione similiter quod si poena imponenda XXV. libr. excesserit manus dextera sibi amputetur Ita quod a brachio et corpore penitus separetur. Si non solverit aut solvere non poterit infra decem dies ut supra dictum est, et damnum in duplum emendet patrono Pergulae.

De Poena deturpantis, sive deguastantis figuram Dei, vel Sanctorum Cap.o XLVI.o

Figuram Dei, et Sanctorum deturpantes, sive deguastantes iniuriose merito odientes, et poena aliqua, licet non condigna eos prosequentes ne ira Dei, et furor etiam contra innocentes insurgat statuimus

et ordinamus, quod si quis studiose per iniuriam deturpaverit, fregerit, sive deguastaverit aliquam Picturam, effiguram sive imaginem Dei Jesu Xpi, sive gloriosae Virginis Mariae centum libr. poena sine aliqua diminutione vice qualibet puniatur. Si vero aliorum sanctorum, vel sanctarum Dei XXV. libr poenam incurrat; quam poenam in casibus praedictis si condemnatus non solverit cum effectu infra terminum decem dierum à die condemnationis numerandum nudus acriter virgis publicè debeat die fustigari per totum Castrum, et inde postea statim per tres continuos annos exbanniatur ad minus. Si quis tamen pro huiusmodi delinquentibus quomodo pro remittenda, vel dimittenda poena in Consilio, vel in Communi proposuerit, sive arrengaverit XXV. libr. poena se noverit incurrisse de facto sine aliqua diminutione. Volumus insuper, quod si quis sacratas Ecclesias dicti Castri, et eius districtus studiosè profanaverit, aut ad profanos saeculares, et illicitos usus praedictis Ecclesijs usus fuerit, ut puta, scienter immittendo animalia, femum, sive letamen, et his similia sacras aedes, et Ecclesias profanantia, et deturpantia Lta libr. poena vice qualibet puniatur.

De Poena ludentis Capo. xlvij.o

Alearum usus, ut plurimum à iure noxius reputatus prohibendi ludos illicitos nobis Materiam praebuit

praebuit. Quocirca prohibitive statuimus, et ordinamus quod si quis luxerit ad ordeum, taxillos, cartas, aut ad alium quem: cumque ludum quo quo nomine nuncupatum, in quo vel ubi denarij, vel pecuniae perdant, sive vincant in dicto Castro, vel eius districtu quinquaginta sol. poena vice qualibet puniatur de die, de nocte autem centum sol. si: mili quoque, et eadem poena volumus eum puniri qui ludentes praedictos in eius domo, vel taberna receptaverit, et cuilibet accusari liceat cum habere quartae partis poenae, et Accusatoris sacramento cum uno teste idoneo credendum esse sancimus, excipimus a praedictis ludentes ad pilam, ad scacchos, ad tabulas, ad pallottas, ad mor: ram, ad rocchos, ad balestrandum, Jaculandum, et tra: hendum cum dardis, lanceis, lapide, palis de ferro, et his similibus ludos permissos virtutis causa Corporis, vel in: genij exercitandi, in quibus ludentes decernimus non puniri; Vitium .n. animi, et Corporis delictum, non autem ingenij virtutem et corporis laudabilem exercita: tionem intendimus prohibere.

De Poena falsi Contractus, Juramenti Vel Monetae Cap.° XLviij

Falsariorum amplam materiam compescere volentes breviter quantum possumus hoc praesenti statuto sancimus, et firmiter ordinamus, quod si quis falsum Instrumentum, Contractum, vel aliam

quamcumq. scripturam falsam fecerit, sive fieri fecerit
aut illa, vel illis scienter usus fuerit poenam centum libr.
se incurrisse cognoscat. Siquis autem falsum dixerit
testimonium, aut falsum fecerit Iuramentum, aut
falso testimonio, sive teste falso, et Iuramento in Iu:
dicio scienter usus fuerit eadem poena puniatur. et
damnum in duplo reficere semper cogatur, et condem:
netur damnificato falsam Monetam expendens scien:
ter si ultra duas argenti, et auri Monetas expenderit
L. libr. poenam incurrat pro qualibet Moneta. Si
quis autem falsam Monetam cuderit, sive fabricave:
rit, sive cudi, sive fabricari fecerit penes legalibus pu:
niatur. Siquis vero Monetas inciderit, totonderit,
morsoderit, minuerit, sive limaverit, causa eas
diminuendi, in pondere, et valore Lta. libr. poena
puniri sancimus quas quidem poenas si non solverit
delinquens condemnatus sive solvere non poterit
infra decem dies a die condemnationis numerandos
manus dextera incidatur. ita quod a brachio peni:
tus separaretur, et Nihilominus in omnibus praec:
dictis, et singulis casibus. Siquis fuerit condemnatus
menti notam infamiae incurrisse, et infamem
esse intelligi declaramus.

De Poena Mittentis Ignem.
Cap. xlviij.

Incendaria quoniam lex, et Iura om

plus

plurimum abhorrent; Ea propter statuimus, et ordinamus, quod si quis studiosè ignem immiserit in domum, stabulum, capannam alicuius, in qua extaret bladum in uarconibus aucoltarijs, vel aliter quomodo, Centum libr. poenam incurrat uice qualibet, et nihilominus damnum in duplo emendare compellatur damnum passo eiusdem sacramento aestimandum. Si uero damni aestimatio non habeatur, et si fortè aliquis ex dicto igne moreretur, siuè combureretur Centum floren. auri pro poena pro quolibet mortuo delinquens puniatur; Quam poenam si non soluerit, aut soluere non poterit infrà decem dies à die condemnationis numerandos, etiam ipse comburatur, ita quod penitus moriat. Hoc idem quoque sanimus contrà studiosè comburentem fenum, linum, canapam, siuè paleas existentes, et existentia in grippis, barconibus, palearijs, siuè fenarijs. Si quis ignem in aliquo loco non studiosè immiserit ad nocendum alteri, sed pro suis necessitatibus, et utilitatibus, puta in cultis, insti pulis, et similibus, et inde ignis euagauerit, seu alicui damnum dederit XXV. libr. poena condemnet, et damnum in duplo emendare compellat. damnum passo. Idem similiter ordinamus contrà ignem mittentes in fabis, aut leguminibus quibuscumque, et si forsan aliqua persona combureretur XXV. florenor. auri poenam se nouerit incurrisse, in quam poenam si non soluerit, aut soluere non poterit infra X. dies à die condemnationis numerandos manus una unusque pes sibi debeat omnino amputari.

78v

De Poena mictentis ignem in Montibus Cap.° L.°

Statuimus, et ordinamus, quod si quis ignem immiserit in Montibus Castri Dasihij sine Dñoz licentia, et combuserit terram supra mensuram unius quarthenghi poena X. sol. pro quolibet quarthengo terrae puniat., quod combuserit, et nihilominus si alicui damnum dederit tantumdem soluat damnum passo, et damnum omninò emendare compellatur.

De Poena mictentis ignem in stipulis, uel in areis Cap.° Lj.°

Quoniam prudentis est prouidere futura praesertim ea, quae ex communiter accidentibus facilliter euenire possunt, Ideirò statuimus, et ordinamus, quod nemo audeat, uel praesumat ignem immictere in cultis, siue stipulis alienis sine expressa licentia Mag.coz Dñoz, et Potarij ante festum Sanctae Mariae de mense Augusti sub poena L.ta sol. pro quolibet campo, uel area, quem, et quam combuserit, et nihilominus si alicui damnum dederit in tantumdem. Hoc idem similiter statuimus, quod comburentes paleas, siue fenum in areis alienis existentes post dictum festum Sanctae Mariae in medio Augusti, nisi Testas, et alias consuetas,

et

et condecentes reparationes, sive defensiones pro igne evitando circa dictam arcam, vel paleas patronus fecerit, sive fieri fecerit.

Q. Pater teneatur pro delicto Filij
Cap.º lij.

Delinquentium audaciam compescere volentes statuimus, quod filius, vel filia, Nepos, vel Neptis ex filio stans, et habitans cum patre, vel avo paterno ad unum panem, vinum, et ignem vivendo, et commorando in eadem domo sub familia, et Potestate Patris, vel avi, si aliquod maleficium delictum, sive excessum con aliquem commiserit, Pater, vel Avus paternus, in cuius familia, et Potestate fuerit Delinquens teneat. et obligatus sit pro filio, vel Nepote in pœnis pecuniarijs usque ad portionem legitimam eidem filio, vel Nepoti contingentem de Iure Naturæ, et de, et super bonis, et hæreditate patris, vel Avi, et in pluri vel aliter, quod Pater, vel Avus pro filio, vel Nepote delinquente quomodolibet gravari non possit; Statuimus. Volumus insuper, ac declaramus Addentes, quod Pater, vel Avus teneatur pro filij, vel Nepotis debito satisfaciendo, si tale debitum factum, et contractum fuerit per filium, vel Nepotem pro utilitate domus, et familiæ patris, vel Avi, cum quo ad unum victum habitavit, et moratus fuit tempore contractus

79 v

debiti, aut in utilitatem Patris, vel Avi, eorumq. famil:
hiae, cum qua tunc habitando contraxaverit conver:
sum esse constiterit.

De Poena frangentis hostia
Cap.° Lij.°

Hostia domus alicuius siquis fregerit, aut vio:
lenter aperuerit l.ta libr. de die, Centum vero
libr. de Nocte se noverit incurrisse vice qualibet.
Si vero aliquis in ea domo habitaverit, et personae
habitanti aliquod damnum, vel iniuriam intule:
rit ultra dictam poenam arbitrio Potestatis, et
Consiliariorum, locorum temporis et personarum conditione,
qualitate, et aliis circumstantiis mature pensatis.
Hoc idem observari sanc~~ximus~~imus circa delinquentes
de, et super hostiis aedificiorum existentium extra dictum
Castrum. Siquis autem inciserit, fregerit, extraxerit,
aut ruperit hostia, sive stenas violenter ingressus exi:
stentibus, vel vineis, aut clausuris alienis, aut se:
ram, sive vestem violenter de stena, vel hostio extrax:
erit XXV. libr. poena puniatur, et damnum in duplo
emendare damnum passo compellatur. Et hoc idem
volumus observari in frangentem violenter, sive
rumpentem cappannam, griptam, columbariam,
sive pullariam clausam alicuius, et cuilibet ac:
cusare liceat de omnibus p.tis, et procedi et posse
per

per inquisitionem ex denuntia, uel querelas, ac etiam ex officio mero Potestatis, et Curiae; declaramus tamen praedictum hoc Statutum in omnibus casibus seruari debere, et locum habere, nisi contrafaciens, uel delin: quens iustam, uel saltem uerisimilem causam iustam habuerit faciendi; eo n. casu dumtaxat ad emendandum duplum damnum passo compellatur et non ad aliam poenam.

De Poena capientis columbos Domesticos

Cap.° Liiij.

Columbos tam domesticos, quam Columbariarum ampliare pro fertiliori uictu populi cogitantes; Statui: mus, et ordinamus, quod siquis aucupatus fuerit ad colum: bos Columbariarum, siue turrium cum retibus, et aliquem Columbum ceperit decem sol. uice qualibet puniatur si quatuor columbos ceperit, et abinde infra duar. libr. poenam incurrat pro quolibet Columbo; abinde uero supra ultra praedictam poenam Volumus, quod poenam x. sol. incurrat pro quolibet pari Columbor, quos ceperit, siquis autem sine retibus dictos columbos ceperit poena quinque sol. pro quolibet Columbo puniatur; de colum: bis autem domesticis, siue casareciis siquis ceperit, uel oc[c]i: serit eos poena x. sol. pro quolibet columbo puniri de: claramus.

De Poena ementis rem litigiosam.
Cap.° LV.°

Litigiosam rem emere, et scienter acquirere tam Canonica, quam Civilia Iura solent prohibere, et propterea Nos legalibus Sanctionibus inhaerentes pro bono publico Statuimus, et ordinamus, quod si quis rem aliquam litigiosam scienter emerit, vel quocumque alio titulo acquisiverit, vel habuerit, de qua re quaestio, lis, sive controversia mota esset XXV. libr. poenam incurrat, et nihilominus dicta emptio, donatio, seu concessio ex quocumque titulo facta fuerit acquisitio non valeat ipso Iure, et intelligatur lis, quaestio, controversia mota per oblationem libelli, vel Instrumenti publici productionem factam in Iudicio.

De Poena ementis Iura contra D.nos vel Commune
Cap.° LVI.°

Pro evitandis futuris Inconvenientibus, et pro pace habitantium in dicto Castro ne forte aliquando contra D.nos, vel Commune proprium cervices audeant homines erigere minus licite sancimus firmiter prohibentes omnes, et quascumque personas, quod nemo audere, et presumere debeat

emere

emere, uendere, uel alio quocumque alienationis titulo concedere, seu contrattare, sive aliqua Jura acquirere, et actiones, uel bona, et res aliquas contra mag.cos D.nos, uel Commune dicti Castri, et ipsorum Dominor., uel Communis preiudicium sub poena centum libr. ipso facto incurrenda uice qualibet pro quolibet contrafaciente, et nihilominus talis emptio, contrattio, concessio, sive alienatio non ualeat ipso Jure.

De Poena reuelantis secreta
Cap.o LVij.o

Secreta reuelans solet saepè numero scandala seminare, ideò prouidere Volentes praesentium ingratitudinibus statuimus, quod siquis reueldauerit aliquod uerbum secretum sibi sub credentia, et sub silentio impositum per Ill.s D.nos, sive per Potestatem, uel Consiliarios poena XXV libr. uice qualibet puniatur, Si uero talis reuelans secreta sibi imposita, ut supra fuerit sive Castaldus, dupli poena incurrat.

81

De Poena frangentis Carcerem
Cap. LVIII.

Statuimus, quod si quis ruperit, sive fregerit aut rumpere, seu frangere auxiliatus fuerit, vel mandaverit carcerem Communis dicti Castri, sive locum pro carcere deputatum, Ita quod carcerati, seu ibidem detenti de mandato Ill. Dnorum vel Potestatis aufugerint XXV. libr. poenam se noverit incurrisse vice qualibet, et nihilominus ille talis, qui carcerem ruperit, aut fregerit, aut frangere, sive rumpere auxiliatus fuerit teneatur pro omni eo, pro quo tenebatur carceratus si aufugerit, et rehaberi non possit. Constrictam aut sive locum de non discedendo sibi assignatum per Potestatem, vel eius Vicarium si quis ruperit, vel inde discesserit contra praeceptum, sive mandatum sibi factum XL.ta sol. poena puniatur vice qualibet, et in Constricta reponatur omnino.

Liber IV. De Extraordinarijs

De modo procedendi in extraordinarijs Cap.° p.°

Quoniam multa crimina esse reperiuntur, quae propria nomina, vel accusationes proprias non habent, sed extra ordinem ea investigari oportet, atq. puniri, ne impunita remanere contingat, in Universitatis, et Coitatis dicti Castri maximum detrimentum; oderunt n. peccare mali formidine poenae; ea propter post maleficia, crimina, seu delicta ordinaria explicata de extraordinarijs et criminibus utiliter convenit providere; sancimus ergo in extraordinarijs criminibus, quod Potas, vel Vicarius possit procedere per viam accusationis, denuntiationis, quaerelae, vel inquisitionis ex off.° ac molestare, et punire, et condemnare prout, et sicut in alijs criminibus s.a in praecedenti libro maleficioz ordinatum est iuxta formam praesentium statutoz, et alias defacto extraordinarie sine aliquo Processu delinquentes punire, condemnare multas, et poenas exigere possit Potas, vel eius Vicarius, prout qualitas negotioz, ac temporis, et personaz maturè pensata conditio admonebit.

De prohibita portatione Armoz Cap.° 2.°

Arma portantes, quia ut plurimum fiunt ad crimina . . . Quare statuimus, et ordinamus futuris er:

toribus obuiantes, quod nemo terrigena vel forensis poss.t nec
valeat per dictum Castrum portare aliquod Armorum genus offen
dibilium, vel defendibilium sub poena XX. sol. pro armis offen
dibilibus, et X. sol. pro armis defensibilibus pro quolibet con
trafaciente qui portare dicta arma fuerit inuentus per Po
testatem, vel eius Vicarium, et ipsorum famulos, vel alios qui
bus p.ti D.ni vel Potas expresse licentiam dederit arma por
tandi. Volumus insuper hmoi statutum prohibitiuam
in tempore guerrae, suspitionis, status currentis, calcarate, nec
non et in eundo, et redeundo intus, vel foras dictum Castrum
pro suis alijs negotijs arma p.ta portantes omnino immu
nes esse, et non puniri declaramus; ad noxam n. euitandam
tendimus, non ad necessariam armorum portationem pro uti
litate coi legem imponimus.

De pœna deturpantis fontes, vel Cisternas
Cap.o 3.o

Quatuor Elementorum potissimum aquam esse cogno
scentes, sine qua humana vita esse non pot., non sunt
igit. aliquo mo fontium, et aquarum maculatores, siue detur
patores earum praesertim aquarum, quae humano potui, et
victui sunt destinatae sine punitione praetereundi; Idcirco
sancimus, quod si aliqua persona fecerit aliquam spur
citiam, turpitudinem, aut immunditiam, aut in Cister
nis, siue aquarum puteis dicti Castri intus, vel extra exi
stentibus, aut introrsum in d.tas Cisternas, seu aquarum puteos
aliquod turpe, seu immunditiam, seu replementum quod
cumq. proiecerit XX. sol. poenam vice qualibet se no
uerit incurrisse; In fontibus aut muratis extra dictum
Castrum

eadem si quis spurcitiam aliquam fecerit, vel immiserit, sive corruperit, ut s.a dictum est immediate p.ta poena puniatur vice qualibet. Prohibemus insuper lavari ponere prope dictas cisternas, Puteos, fontes aquas perdeum poenis sub poena X. sol. pro qualibet persona contrafaciente vice qualibet. Similiter addentes, quod nemo ex dictis Puteis, vel Cisternis in dicto Castro existentibus possit aquas haurire, vel extrahere à Kalendis Mensis Martij usq. ad festum omnium Sanctorum in Kalendis Mensis Novembris sine licentia Mag.corum Dnorum, et Potestatis, nisi tantummodo pro bibendo, cucinando, et his similibus necessitatibus sub poena X. sol. vice qualibet pro quolibet contrafaciente incurrenda.

De Prohibitione litaminis, et Cineritij Cap.o 4.o

In vijs publicis intus, vel extra dictum Castrum, aut prope Muros, sive moenia. sancimus prohibentes, quod nemo foenum, sive letamen, vel terra plenum proijcere seu proijci facere audeat, vel presumat sub poena X. sol. pro quolibet contrafaciente, vice qualibet, et nihilominus si quis proijcerit inde amovere proiectum penitus compellatur. Volumus tamen quod hyemis tempore liceat unicuiq. immunditie sive fimum, sive lutum prope muros d. Castri apponere, et adhaerere dumtaxat pro purgandis vijs publicis ibidem circumstantibus, ac et pro cloacis, et sciacquatorijs dicti Castri purgandis. Prohibemus similiter cineritium, sive lessiatum ab aliqua persona proijci in dicto Castro, quod cadat, seu veniat quomodolibet in vias publicas sub d.a poena X. sol. vice qualibet pro quolibet

contrafacientes.

De Pœna Porci intrantis fossum Cõis Cap.o 5.o

Ordinamus, quod siquis porcus, sive Bestia porcina aliqualiter intraverit fossos cõis, Dnus porcinæ Bestiæ, sive patronus soldi unius pœnam solvere compellatur pro qualibet Bestia porcina.

De Pœna accipientis saxa Communis Cap.o 6.o

Cõiter negligi solent ea, quæ cõiter, sive à Cõitate possident, regula Juris dictat, tamen statuimus in particulari re, omnibus commoda ad accipiendum hoc est de saxis Cõis, &c. quod siquis saxa, vel lapides de fossis, vel muris Cõitatis, aut de Saliciatis acceperit asportando ad privatos usus sine licentia Mag.cos Dnoz, et Officialium d. Castri XX. sol. pœnam si noverit incurrisse pro quolibet lapide, sive saxo si pondus 25. libraz excedit unum, vel plura, abinde verò sup.a pro ratha.

De Pœna murantis propè Muros Cõis Cap.o 7.o

Magistra rez experientia propter futura pericula, et machinationes quieti status dicti Castri nos docet prohibere, quod nequis aliquod genus ædificij prope Muros Castellanos per spatium X. pedum de communi faciat

faciat, sive fieri faciat, neve quamlibet viam, quae tradit propè dictos Muros intrinsecus, seu a parte interiori sine expressa Dnorum, et Officialium licentia sub poena l. sol. vice qualibet pro quolibet contrafaciente; similiter et prohibemus propè dictos Muros Cois subdicta poena fieri cappanam, palearo, fenile, et similia.

Quod Pecunia mutuata Coi restituatur in mensem

Cap.o 8.o

Et si Patriae post Deum, atque Parentibus obligemur, tamen propria Charitas, timorque amittenda pecuniae, aut restitutionis retardandae de mutuo Coitati facto per Dei publice administratores reddere ut plurimum Cives ad Coitatem subveniendam tardiores in opportunitatibus. Hanc igitur ambiguitatem amoventes statuimus, et ordinamus quod Potestas, vel eius Vicarius una cum Consiliarijs dicti Castri sub vinculo praestiti Juramenti teneat, et debeat modum, et ordinem dare, et invenire quod unicuique personae d. Castri aliquam pecuniae quantitatem Coitati, sive pro rebus Coitatis mutuaverit, vel crediderit, infra unum Mensem plenarie, et integraliter per Camerarium d. Castri restitutio fiat mutuanti, sive creditori sub poena x. sol. pro quolibet praedictorum qui ad praedicta implenda fuerit negligens incurrendam, et de facto a quolibet ipsorum auferenda.

Quomodo Macellarij Carnes vendant.

Cap.o 9.o

Macellarij, sive facientes carnes statuimus, et or:

84v

dinarius, quod semper teneantur et debeant carnes vendere pro duobus den. minus pro qualibet libra Carnis eius pretij, quo venditur per tempora in Civitate Urbis veteris, vel Suderti, hoc est eo minus vendere pro qualibet libra carnium, quod Urbeveteri, et Suderti solvitur pro gabella carnium, et teneantur ponderare cum statera bilancis, et pensis adiustatis, et bona pondera facere ementibus sub poena XX. sol. vice qualibet incurrenda pro quolibet contrafaciente, et simili poena puniendos esse sancimus, si unam carnem pro alia vendiderint, sive pro maiori pretio quam debeat. Morticinas autem, vel hispetinas carnes extra portam dumtaxat, et in frusta non ad pondus vendi permittimus sub poena p.ta XX. sol. si aliter vendi contingat, et in omnibus p.tis teneant vendientes ementi dare carnes de quocumque membro emens petiverit sub poena X. sol.

Quod Macellarij non inferant, et retineant diversas carnes in uno Bancho
Cap. X.

Macellariorum fraudibus propositum cupientes obviare statuimus, quod si quis Macellarius, sive decorians aliquam Bestiam macellandam sive vendendam illam cum oris flatu inflaverit, sive abbottaverit X. sol. poenam incurrat pro qualibet Bestia grossa puniatur, si vero carnes mixtas diversarum Bestiarum tenuerit Macellarius ad vendendum in uno Bancho diversi generis, puta Capram pro Peccude, aut diversi generis sexus puta Masculum pro foemina, aut Montonem pro Castrato vendiderit, Verrem pro Porco Maiali, seu fam. pro

sanato

sanata, et his similia construxit x. sol. poena quilibet pu:
niatur uice qualibet, et de p^tis quilibet possit accusare cum
uno teste, et habeat 3.^a partem poenae, et accusator dicta:
xat teneat secretus, sed tantum nomen testis ueniat in publ^cum

De Poena non soluentis Datia Passes:

Cap.^o XI.^o

Quia fraudes multae committi solent in solutione Da:
tioz per homines non habitantes in Castro Baschij quando
ueniunt in territorio ad laborandum in praeiudicium Dnoz;
Quocirca statuimus, et ordinamus, quod terrigena, uel foren:
sis in tenimento d. Castri terras alicuius laborauerit, licet
in Castro non habitet si Datia, et alia grauamina siue
impositionibus, quae in istis terris, et Possessionibus, quas labo:
rant imponerentur per Dnos d. Castri, non soluerit infra ter:
minum quindecim diez postquam sibi fuerit intimatum de
soluendo xx. sol. poenam se nouerit incurrisse, et
nihilominus Datia, et grauamina imposita non ex:
tet, Immo ea omnino soluere compellatur, et interim
donec Datia persoluantur liceat unicuiq. ind.^s terris
et Possessionibus cum Bestijs pascuare sine aliqua
poena, uel damni emendatione.

De fauore Potestati dando

Cap.^o XII.^o

Ardua maleficia committentes Curiam audent
aliquando negligere ut capi nequeant sine periculo
uel offensa Officialis, ea propter statuimus, et ordi:

85v

namus pro Curiae favore, et in odium malefactorum.

Quod Consiliarij, et Camerarius teneantur, et debeant in arduis maleficijs, et rebus gravibus ad omnem petitionem, sive requisitionem Potestatis, vel eius Vicarij sibi consilium auxilium, et favorem promptè praestare, custodes quoq., sive guardiae similiter teneantur ad sequendum favendum, et auxiliandum eisdem Potestati, et Officialibus contra p.tos malefactores, vel inobedientes ita et taliter, quod Potestati, et Curiae parere, et obedire omninò compellantur sub vinculo praestiti Juramenti, et poena 1.100 sol. pro quolt contrafacientes, vel negligentes vice qualibet incurrenda, quod autem maleficium arduum fuerit, aut quae res esse graves intelligant, propter quae Potas, vel eius Vicarius à p.tis auxilium, et favorem requisiverit, volumus, quod tunc in facto, vel in pñti cognoscatur, quia periculum in Mora esse posset, sed postea per arbitrium Dnoz declarari volumus.

De Poena Vindemiantis ante tempus.

Cap.o XIIIj.o

Vindemiare, sivè uvas cum salmis colligere, vel portare ante festum S.ti Angeli de Mense 7bris si quis ausenit sine licentia Potestatis, et Consiliariorum X. lib.o poenam vice qualibet se noverit incurrisse, cuius poenae medietatem communi applicari volumus, alteram verò dimidiam Potestati, vel eius Vicario executionem integrè facienti, nec propterea quomolt derogare intendimus sta=

tutis

tutis damnorum datorum dicti Castri.

De pœna rumorem facientis sine alicuius Iniuria

Cap.° XIIIJ.°

Futuris erroribus obuiantes statuimus, et ordinamus quod siquis rixauerit, alta uoce garriuerit, aut altis uocibus rumorem fecerit per iracundiam absque eo tamen quod alicui minatus fuerit, siuè minatoria uerba et iniuriosa protulerit con aliquam Personam X. sol.° pœnam uice qualibet, qua sibi per aliquem fuerit dictum de tacendo, uel silendo incurrere declaramus.

Siquis tamen sic ut supra derixando prohibitus tacere neglexerit, et sibi Potas, uel eius Vicarius tacere præceperit, ea quidem pœna puniatur, quam Potas ei imposuerit pro arbitrio suo secundum formam statutoz; siquis aut in platea Cōis, uel propè Ecclesiam gridauerit, siuè rumorem fecerit quando Missa, uel Diuina Officia celebrantur pœnam XXV. sol. uice qualibet persoluere omninò compellatur, et quod Potestas ex arbitrio non possit remittere talem pœnam sub uinculo pstiti Iuramenti, et suæ Consientiæ grauamine.

De Pœna impedientis facere Pignus

Cap.° XV.°

Ordinamus quod siquis se opposuerit Castaldo,

86v

aut Potestati, Officialibus, vel Nuntio volenti facere pignus, aut executionem sibi commissam contra aliquem ex quacunq. causa, fuerit poenam XL. sol. si vir fuerit se noverit incurrisse; si vero fuerit faemina dimidia poenae p.tae puniatur vice qualibet, si autem propriae personae Potestatis, vel eius Vicarij exequentis, sive pignorare volentis se opposuerit aliquis dupli poena sup.tae puniatur, et nihilominus in omni casu pignus dare omnino compellatur; Volumus quoq. simili poena puniri quemlibet qui pignus dare, seu concedere, aut executionem facere denegaverit vice qualibet, minorem vero XIIII. annorum ad poenam aliquam imponi declaramus non teneri.

Vide supra fol. 12. sub hoc signo * q. est poena arbitraria con opponentis facere pignus

[V]ide in fine Capituli ...ni secun. sub fol. ...i sub Rub.a De ...enuta Creditori con...ne in quo ...pena est arbi ...traria

Q. Res, et Pecuniae Cõis restituantur Camerario

Cap.o XVJ.o

Statuimus; et ordinamus quod si aliquis de Sindicatoribus, Rectoribus, Consiliarijs, Massarijs, Camerarijs, et alia quaecunque persona reperta fuerit habere pecunias Cõis, vel alias quascunque res mobiles teneatur, et debeat infra terminum trium dierum postquam fuerit ei revisa ratio, et factus cum eo computus, aut postquam sibi fuerit factum praeceptum, quod deberet Camerario Cõis integraliter remittere, vel restituere si negligens fuerit, vel recusaverit XL. sol. poena puniatur vice qualibet, et nihilominus dictas res, et pecunias in duplum restituere, ac remictere compellatur.

De

De Pœna deriuantis aquas à proprio, et naturali Cursu

Cap.° XVIJ.°

Statuimus, et ordinamus prohibentes, quod nemo debeat extrahere, deriuare, uel aliter impedire aquas de earum cursu antiquo, et consueto sub poena XX. sol. pro quolibet contrafaciente uice qualibet, anti= quum autem cursum aquarum esse declaramus, per quem continuo prox. triennio aqua fluxerunt p.tae, et nihilominus de facto contrafaciens in pristinum, et consuetum statum, et cursum reducere compellatur.

De Pœna negligentis facere guardiam

Cap.° XVIIJ.°

Custodiam, siue guardiam sibi impositam, seu praeceptam in dicto Castro facere si quis neglexerit, aut fefellerit, statuimus quod poenam quinque sol. in= currat uice qualibet de die et X. de nocte, et licitum sit in his casibus Potestati, uel eius Vicario mittere alium in custodem idoneum in loco deficientis illius, si uisum sibi fuerit expedire expensis illius facere custodiam negligentis; si uerò alium Potas non subrogauerit loco deficientis compellere teneat, et debeat sub uinculo Juramenti dictum custodem fallentem ad dictam custodiam de die, seu de nocte, prout erat de die, uel de nocte sua ordinata custodia, quam fefelle= rit, et facere neglexerit; si quis autem custos, siue custodiae, uel Guardiae in loco, et in tempore deputato

non reperiatur, punctari sancimus per officialem accidentem, et puniri decernimus infrascripta poena Vz: de mane usq. ad 3a. soluat pro punctatura den. iiij. siue unum quatrinum, de tertia ad nonam den. item iiij. et puniatur non repertus, à nona verò ultra punctari volumus, et reputari pro custodia penitus fallita si non reperiatur; de sero autem, siue de nocte si quis custos iuerit ad locum deputatum, et postea ibi dicesserit ante diem clarificatum, aut non iuerit X. sol. poenam incurrat; si uerò de sero bona hora consueta ad locum sibi ordinatum non iuerit unum sol. pro poena soluat, teneat tamen Potas facere recircionem ter de die, et bis de nocte. Declaramus insuper quod quilibet Custos, siue guardia teneat, et debeat ire quocunque Potestas, uel eius Vicarius praeceperit pro Interesse, uel utilitate Communis sub poena X. sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda; Decurio uerò, siue Castaldus aut capudecce siue custodiam, siue guardiam non praeceperit, siue praenominauerit illum, cui tangeret ex negligentia, siue obliuione quinq. sol. poena pro qualibet custodia, siue guardia neglecta, uel oblita puniatur, et credatur Juramento ipsius Decurionis, Castaldi, uel Capudecce si praeceperit sic, uel ne, nisi aliter ueritas probari posset.

De Poena non euntis in Opera Communis Capo. XIX.

Statuimus, et ordinamus, quod si quis iussus fuerit in ad operas Cõis, puta uias publicas reparandas, siue aptandas ad muros Cõis reparandos, ad fossos cauandos siue inuniendos, et his similia, et non iuerit X. sol.

si

sicum Bestia iussus fuerit, et quinque sol. poenam incurrat, si sine Bestia venit qualibet, nisi iusta, et legitima causa excusetur, et nihilominus omnino ad dictam operam reficiendam teneatur sub eadem poena; Pecunias autem exigendas ex dictis operis non praestitis per recusantes, seu negligentes venire ad operas, quas volumus expendi in collatione facienda pro illis, qui in dictis operis laboraverint, et in ipsorum commodo, et consolatione reverti.

De festiuitatibus custodiendis. Cap.o XXX.o

Dies festos, quos solenniter custodire, et ab operis abstinere Potas omnino faciat habitantes dicti Castri Gripaltas eve decernimus VS:

Q fontes purgentur Cap.o XXXj.o

Pro Communi omnium usu, et utilitate, statuim

88v

quod semel ad minus pro qualibet anno de Mense Aprilis, uel Maij Potestas, uel eius Vicarius sub uinculo praestiti Juramenti, et poena xx. sol. teneatur, et debeat mundari facere, et purgare omnes fontes existentes in territorio Bachij, qui sunt ibi. VI. hoc modo, fontem Coppannes, et fontem Vaukani purgari et mundari faciat per uicinos et adiacentes sub poena Potestatis arbitrio imponenda contra inobedientes.

De Serris signandis pro Fœno
Cap. XXXII.°

Fœnium, siue straminis penuria nos induxit ordinare, et statuere, quod quilibet possit signare, siue giffare de suis cultis, et proprijs Serris et per spatium, et mensuram duarum spalmarum ad sementem pro fœno ibi faciendo pro Bestijs, in quibus cultis, et Serris si quis damnum dederit puniatur ac si in granis damnum daret, uel alio blado. De Serris aut, aut cultis Curiae liceat cuilibet laboratori signare pro mensura trium quarteng horum ad plus in locis tamen aptis ad faciendum fœnum dumtaxat, et aliter ~~non~~ damnum dantes in illis pascuando, uel aliter uolumus non puniri, tamen uideri declaramus dictum locum per uitores Co(mun)is si sit locus aptus ad fœnum faciendum.

Qualiter Vinum uendatur ad minutum
Cap.° XXXIIII.°

Sancimus prohibentes ne quis audeat, uel praesumat Vinum uendere ad minutum sine licentia Potestatis

et sine mensuris sigillatis, vel signatis per Potestatem, vel eius Vicarium; et insuper ordinamus, quod mensurae debeant conformari cum mensuris Vini Civitatis Sudertii; Volumus tamen quod eo praetio, in quo fuerit Vinum venditum à principio de eadem vegete, cariori praetio vendi non possit sub poena x. sol. pro quolibet contrafaciente, vice qualibet in quolibet praedictorum casuum.

De Poena occidentis Bestias, vel Pullos alienos

Cap. XXIV.

Siquis Bestiam grossam alienam occiderit xl. sol. poena puniatur, si verò percusserit, vulneraverit, magagnaverit, centum sol. poenam incurrat; Bestiam vero minutam si quis occiderit alienam x libras sol. poena puniat, si verò vulneraverit, percusserit, magagnaverit xx. sol. poenam incurrat; Anseres aut, anetes, sive pullos, columbos alienos, vel alterius generis aves domesticas alienas si quis occiderit quinque soldos poena puniatur pro qualibet vice, et in omni casu emendare damnum patrono compellat.

De Poena intrantis aliunde quam per Portam

Cap. XXV.

Capitali poena lex punit per muros Civitatis intrantes nemini profecto veniam tribuens, quia fraterno muri maduerunt sanguine primi Romanorum; Nos aut mitius agentes pensatis Personarum, et loci circumstantijs statuimus quod siquis ausus fuerit descendere, vel ascendere, exire, vel intrare per muros dicti Castri, aut aliunde

quam per Portam, sive per usitatas Portiellas sine licentia Mag.corum D.nor, Potestatis, et Consiliarior XXV. lib. poenam vice qualibet se noverit incurrisse sine aliqua diminutione

Q. Malefactores capiantur.

Cap.o XXVI.o

Malefactorum audaciam refrenantes statuimus, et ordinamus, quod unicuiq. liceat fures, latrones, aut alios quoscumq. publicos Malefactores capere, et Curiae, sive Officialibus praesentare, si poena ipsor Malefactor erit personalis, aut pecuniaria à l.ta lib. supra capientes quoq. tales Malefactores volumus quod laerentur à communitate lib. quinq. den. pro quolibet Malefactore, quem ceperint, et Curiae, sive Officialibus praesentaverint de p.tis

Q. Porci non vadant per Castrum

Cap.o XXVII.o

Ordinamus, quod Bestiae porcinae à duobus Mensibus supra non debeant permitti de die, vel de nocte ire, et ambulare vagantes per dictum Castrum abipsor patronis sub poena quinque sol. pro qualibet Bestia porcina, euntes tamen, et redeuntes deforas, aut si de una domo ad alteram perducant, aut si in via dictae Bestiae retineantur tantum temporis quantum patronus eisd dederit ad commedendum volumus ad dictam poenam non teneri in p.tis Casibus

De Po

De Pœna Porcor. potantium in fontibus aptatis Capº. XXVIIIº

Porcinas Bestias si quis abeueraverit in aliquo fonte aptato ad bibendum pro personis, et hominibus in districtu, et territorio dicti Castri pœnam incurrat sol. quinq. pro qualibet Bestia porcina.

Q. à forensibus non liceat emere mercantias pro revendendo Capº. XXIXº

Mercantias aliquas nemo emere possit à forensibus venientibus ad Castrum pro revendendo, antequam dictæ mercantiæ venales steterint in dicto Castro per duos dies, pro ut sunt pisces, ovos, oleum, sal, castaneæ, cepæ, rosa folia, legumina, poma, et alia quæcunque his similia, et hoc sub pœna XL. sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et quilibet possit accusare cum Juramento, et credatur Juramento Accusatoris, et lucrari debeat accusator sextam partem pœnæ. Prohibemus et dictas res, et mercantias vendi posse alibi quam in platea dicti Castri postquam fuerint intromissæ sub pœna XX. sol. sine licentia Potestatis, vel eius Vicarij, et Consiliarior., liceat tamen forensibus dictas Mercantias portare, et extrahere per dictum Castrum, et extra sine aliqua solutione, vel pœna; Volumus etiam quod forenses non possint p.ta ad minutum vendere, nisi eo modo, et forma, et pro eo pretio, quibus fuerit ordinatum, et concessa licentia per Potestatem, et Consiliarios sub pœna quinque sol. vice qua:

libet à contrafaciente incurrenda.

De formis, et sciacquatorys non fiendis in damnum alterius.

Cap.° XXX.°

Statuimus, et ordinamus, quod siquis formas, siue sciacquatoria, seu sciacquaiales inusitatos fecerit, et immiterit in possonem alterius, teneatur, et debeat remouere, et aptare, ut uicini possonem in aliquo non damnificet infra terminum XV. dies postquam sibi fuerit per uicinum facta notitia requisitio, uel monitio sub poena XL.ta sol.° pro quolibet contrafaciente uice qualibet, et de tali notitia, requisitione, uel monitione facta credatur sacro uicini requirentis cum uno teste idoneo, et nihilominus remouere, et aptare compellatur dictam formam, siue sciacquatoria ut alteri non praeiudicet, et damnum emendet damnum passo eius sacramento declarandum usq. in X. sol.°, et usq. in XX. sol.° cum uno teste credatur, cum duobus autem testibus idoneis in omni quantitate credatur, qua interierit extimanda damnum passo.

In quibus aquis, et gomphis non liceat macerare linum

Cap.° XXXj.°

Bonis rationibus moti statuimus, quod nulla persona audeat mittere linum, uel canapam ad macerandum in sine licentia Potestatis, nec ed in Piscina, siue gompha alicuius

alicuius sine licentia patroni sub poena xx. sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et nihilominus patrono piscinae, vel gomphae, liceat impune linum, sive canapam, et nihilominus patrono piscinae sine sui licentia missam extrahere; Volumus tamen quod nulli liceat pannos lavare in gompha, sive Piscina aliena quando linum, sive canapa esset intus ad macerandum sub poena quinque sol. vice qualibet incurrenda pro quolibet contrafaciente, et damnum si quod intulerit emendare patienti.

In quibus locis non liceat prohicere Immunditiam.
Cap.o xxxv.

Quod Nemo in Ecclesia appropiet sibi locum
Cap.o xxxvj

Quia saepè propter mansiones, et loca hendae

91v

in Ecc.ᵃ praesertim tempore Divinor. Officior. rixari, et ipsa officia impedire facilè posse comprehendimus, Ideò statuimus obviantes, quod nulla persona cuiuscumq. gradus, vel conditionis existat exceptis Mag.cis Dñis, et Potestate dicti Castri locum aliquem sibi proprium in Ecclesia appropiare audeat, vel presumat sub pœna x. sol. vice qualibet incurrenda.

Qualr possint esse fenestrae in Muro Cõis.

Capº XXXIIII.º

In muris Castellaribus Cõitatis hostia, vel fenestras nemini licere sancimus de futuro facere, et si quis de praesenti, vel futuro fecerit, vel habuerit debeat statim murare, vel murari facere, ità, et taliter quod omnis penitus suspitio cesset, et ferramenta debeant esse distantia unum ferrum ab altero per medium pedem ad plus pro qualibet parte dictae fenestrae, et ferramentor. in dictis fenestris existentium; Declaramus aut quod in praedictis muris Cõitatis nullo mõ liceat fieri, seu factae stare possint hostia, vel fenestrae nisi sint altae, et elevatae à parte interiori, et à terra ultra duodecim pedes ad mensuram Cõis sub pœna x. lib. pro qualibet fenestra, vel hostio incurrenda per quemlibet contrafacientem.

De Proferlo super Viam Cõis

Capº XXXV.º

Super viam publicam, et communalem ab utraq. parte viae statuimus nemini licere aedificare, sive

proferlum

proferlum facere, sive aliquod aliud genus aedificij, aut facium retinere de lignamine, vel alia quacunq: mat.ª sine expressa licentia Mag.cor Dnor petita, et obtenta sub poena demolitionis suis sumptibus, et expensis, et XX. lib. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et nihilominus in casu obtentae licentiae de aedificando supra viam publicam de una domo ad alteram ab utroq. latere viae, declaramus fieri non posse nisi de praesentia, et consensu Potestatis, et Consiliarior dicti Castri elevatum in altum à terra in via publica ad minus decem pedes ad Cõis mensuram sub dicta poena XX lib. incurrenda pro quolibet contrafaciente; si quis aut habuerit, sive fecerit Proferlum aedificium, sive supra viam in, et super via Cõis in tota via, vel in parte teneat, et debeat illud facere cum astrico incalcinato, vel terrato, aut alr munito, quod aliqua immunditia, aut aqua, et pulvis cadere non possit subtus viam, et in via sub poena p.ta, et tamen aptari compellat, ut supra dictum est.

De Pane coquendo

Cap. XXXVj.

Negligentiam, quae lata culpa est, et dolo comparat si quis in arte sua commiserit lege testante, tenet offenso ad interesse, et damna; fortius igitur in pane, quo vivimus coquendo statuere libuit in fornarijs panem coquentibus, quod si qua persona panes coquendi faciat exercitium bene, et sufficienter coquere sine aliqua fraude, et cum diligentia teneat, si tamen coquerat fornarij culpa, vel defectu, aut negligentia aliqua per:

sona damnum aliquod in pane pateret sive in furno, sive extra furnum poenam xl. sol. fornarius incurrat, et damnum panis emendet Saio Dni panis aestimandum; Declarantes insuper quod debeat panes coquere cuicunq. personae petenti quibuscunq. diebus, et temporibus, exceptis festivitatibus Dominicalibus Nativitatis, Paschatis, Resurrectionis D. Nri Jesu Xpi, ac Pentecostes, nec non Assumptionis Virginis Mariae de mense Augti, et Annunciationis de Mense Martij sub pta Poena.

De Mutatione Nominis

Capo. XXXVIJo.

Proprium nomen si quis interrogatus à Potestate, uel eius Vicario, uel Castaldo dicere recusaverit, seu falsum nomen, uel aliud diversum dixerit, aut nomen suum mutaverit, uel negaverit poena xlta sol. puniatur qualibet sine ulla diminutione.

De Poena facientis malam mensuram

Capo. XXXVIIJo.

Mensuram Vini, Olei, Aceti, Leguminis, et bladi maximi uendentium ad minutum, si quis plenas mensuras non dederit ementi, quinq. sol. poena puniatur pro qualibet mensura, et quilibet possit accusare cum Juramento, et tertiam partem poenae habeat; et quod uendentes Vinum, et Oleum teneant mensurare cum mensuris Justis, Vz: cum mensuris ponderis septuaginta Unciarum.

De Poen

De Poena capientis animal de laqueo alieno
Cap.º XXXIX.º

Leporem, Vulpem, Mardulam, et alias quocumque animalia, aut aues, uel uolucres si quis acceperit de laqueo, tagliola, retibus, aut ex alio quocumq. artificio, uel ingenio ad capiendum animalia, uel aues facto per aliquem inuito patrono laquei, uel artificij damnificato, poenam X. sol.os pro qualibet Bestia, aut aue, quam acceperit, se nouerit incurrisse, et damnum emendet in duplum D.no laquei damnificato; nisi eod. die animal, uel Auem acceptam patrono reddiderit, inuitum aut Dominum semper intelligimus nisi certificatus fuerit per duos dies continuos, et de p.tis quilibet possit cum Iuramento accusare; et quartam partem poenae lucrari debeat.

Qd. Remoueantur impedimenta de locis publicis
Cap.º XL.

Loca, et uias publicas in Castro si quis occupauerit, siue impediuerit, aut in illis Banchos, saxa, scanda, lignamina, uel aliquas alias quocumque impedimenta dictas uias retinuerit sine demonstratione, et utilitate edificandi, et illa in aedificia ponendi XX. sol.os poenam se nouerit incurrisse, si talia impedimenta non remouerit spatio unius Mensis postquam sibi fuerit notificatum per bandimentum factum in genere per dictum Castrum quod impedimenta remoueantur de uijs, et locis publicis aut quod factum fuerit per Potestatem, uel eius Vicarium, aut per aliam priuatam personam coram uno

idoneo teste requisitus; siquis vero saxa, calcem, arenam, aut lignamina, seu alia quaecunque preparamenta causa murandi, vel aedificandi posuerit, vel retinuerit in dictis viis, et locis publicis; quod si finitis, sive transactis quatuor mensibus dictas materias, impedimenta, et preparamenta non expedierit eadem poena XX. sol. omninò puniatur, et nihilominus p.ta impedimenta removere compellatur, nisi licentia per Mag.cos Dnos dicti Castri sibi fuerit concessa; trabem vero aptam ad sedendum nolumus heri pro impedimento.

De Poena proicientis lapides in testo alieno Cap.o XL.o

Siquis Maior annis XIIII lapides, vel saxa proiecerit in, et super testum alienum, quinque sol. poenam incurrat pro quolibet lapide, vel saxo, et damnum compellatur emendare damnum passo eiusque damnificati sacramento extimandum.

De Poena non soluentis Datia in Annum Cap.o XLI.o

Statuimus, et ordinamus, quod siquis ex possone, quam possidet Datia non soluerit infra unum annum, quod si intermino XV. dierum postquam sibi fuerit notificatum, et significatum, sive per bandum publicè fuerit proclamatum, quod quilibet debeat soluere omne Datium soluendum pro talibus possonibus sub poena dupli pro dimidia Coitati applicanda et pro alia dimidia Potestati, vel eius Vicario executionem facienti, et nihilominus talem possonem debeat ponere

in

in catasto in eius libra infra terminum XV. dierum sub dicta poena; si vero infra dictum terminum talem possessionem in eius libra, et catasto describi, exponi facere neglexerit Comita:ti d. Castri decernimus applicari ipso facto, et vendi debeat per Sindicum Coïs prout melius, et utilius sibi visum fuerit, et tale praetium in Communitatis utilitatem convertat.

Q. Mulieres non uadant inter vel ante homines in Processionibus

Cap.° XLIIJ.

Pro maiori devotione Populi, atque Mulierum honestate inducenda ipsarumq. petulantia refrenanda, statuimus quod quando fuerint aliquae Letaniae, sive processiones, vel quando defertur Corpus Dni Nri Jesu Xpi, aut Imago gloriosissimae Virginis Mariae intus, vel extra dictum Castrum, nulla Mulier, sive foemina a XIJ. annis supra, cuiuscumq. conditionis extitent praeter Mag.cas Dnas mulieres, Uxores, Sorores, Filias, Nepotesq. Mag.corum Dnorum dicti Castri audeat, vel psumat antecedere homines, sive inter homines ambulare; Quin immo debeant penitus esse posteriores, et retro post omnes homines accedere sub poena quinque sol. pro qualibet incurrenda; Processiones autem esse intelligantur omnes illae, quae de M.to Episcopi Diocesani, vel eius Vicarij, vel quae praeceptae fuerint ab Eu.o Nec non etiam omnes aliae Devotiones, sive Letaniae, quae fierent per intus, et extra dictum Castrum occasione rogandi Deum, et Sanctos eius pro pestilentia amovenda pro pluvia, sive aquis de Coelo inducendis, sive mitigandis, pro fructibus conservandis, aut alijs quibuscumq

causis, occasionibus, et necessitatibus occurrentibus per tempora quando sacerdotes Presbiteriq. praesentes erunt, ac ibunt ad p.tas processiones, et letanias celebrandas; Et nihilominus statuimus insuper quod Potestas uinculo Juramenti inquirere, ac procedere teneatur, et tertiam partem poenae p.tae omnino lucretur.

De Pena inciglianti in loco prohibito
Cap.o xliiij.o

Linum, uel Canapam si quis inigliare, uel arrandare fuerit ausus in Castro, uel intra fossos, aut intra Portas d.i Castri x.° sol. pæna uice qualibet puniatur; similiter prohibemus sub dicta pæna focum, siue ignem fieri noctis tempore per uias, et stradas dicti Castri sine licentia Potestatis, aut Consiliariorum nisi in festo Sancti Joannis de Mense Junij; Volumus tamen quod de p.ta Potestas, uel eius Vicarius in tempore inigliandi faciat bandiri sub uinculo praestiti Juramenti, et ad poenam procedi aliter minime possit

De Pena portantis aratrum per uias publicas
Cap.o xlv.o

Viarum publicarum deguastatio cum aratro non sine incommodo transeundi nos induxit ad ordinandum, quod si quis aratrum, siue cultrum per uias publicas portauerit, quo mediante dictae uiae cauarentur, seu quoquo modo lederentur pro impedimento ambulantium per eas x.° sol. puniatur uice qualibet, et uiam p.dictam aptare omnino compellatur

Quae teneant.r facere Molendinarij oliuarum
Cap.o

Cap.º xlvj.º

Statuimus quod Oliuarum siue olei Molendinarij omnes, et aliæ personæ ad oliuas macinandas deputatæ, teneantur, et debeant ea cum omnibus massaritijs conuenientibus, et neces:sarijs retinere benè munda, tersa, pulita, et sufficientia. Ita quod uolentes macinare oliuas, et oleum facere in dictis Molen:dinis damnum aliquod, uel incommodum non recipiant; Et si dicti Molendinarij fraudem aliquam, uel negligentiam com:miserint in d.ª arte, quam fideliter, legaliter, et bona fide debeat exercere xl. sol. pœnam incurrat uice qualibet contrafaciens, et damnum emendare in duplum compellatur damnum passo. Prohibemus insuper ne quis oleatas aquas, siuè cum oleo mixtas, uel detterpatas audeat quomodo in stratis publicis proicere, siue uicinalibus, aut alijs quibusunq. locis publicis intus dictum Castrum sub pœna xx. sol. pro quolibet contrafaciente incur:renda.

De sciacquatorijs, et Troscis propè Murum Cõis Cap.º xlvij.º

Ad præseruationem Muroꝝ Cõis inter cætera alia, hoc quoq. sancimus, et statuimus, quod quælibet persona habitans in dicto Castro propè muros Cõis, et propè, siue iux:tà eius domum, et habitationem extaret aliquod sciac:quatorium, et locum habilem haberet ad aquam tran:[illegible]ndam debeat illud aptum retinere, ut propt.ª muros Cõitatis nullum dannum, siuè incommodum recipiat sub pœna xx. sol. Trasciam uerò, siuè aquaꝝ ordinan:tiam si quis fecerit propè Murum Cõis, aut in aliquo

horto, Casaleno, uel domo, unde uerisimiliter Murus Cõis fuisset damnificatus Centum sol. poena puniatur, et quilibet possit eum accusare cum Juramento, et teneatur secretus, et lucretur quartam partem dictae poenae, et aliam quartam Potestas lucretur, uel eius Vicarius si executionem fecerit. Re:siduam uero Communi uolumus applicari. Decernimus ni:hilominus, quod Reuisores, et extimatores Cõis teneantur ad minus semel quolibet Mense sub uinculo Juramenti requirere, et cum diligentia reuidere omnia sciacquatoria existentia in muris Communitatis; Ità et taliter, quod aquae ex parte interiori dictorum muroꝝ non congregentur adeo, et taliter, quod murus Cõis laedat sub poena x. sol. pro quolibet reui:sore mense quolibet, et si ibi inuenerint Potestati, uel eius Vicario referre sub dicta poena; Et si Potẽas, uel eius Vicarius negligens fuerit in perquirendo, et exequendo con[tra] delinquentes in poena centum sol. tempore sui Sindicatus puniatur. Volumus tamen ad omnem in p[raedic]tis tollendam excusationem, quod Potestas, uel eius Vicario in p[ri]mo Mense sui Regiminis, uel Offitij praemonere teneatur dictos Cõis reuisores, et extimatores de p[raedic]tis subdictis poenis.

Quod Nemo, res, et bona Dominorum, Et Cõis stabilia capiat, uel retineat Cap.o xlviij.o

Statuimus, quod quicumq. quomodolibet res, et bona stabilia Dñoꝝ, et Cõitatis occupauerit, uel sine iusto tit[ul]o possederit debeat illa relaxare, et assignare Dñis, et Cõitati infra terminum unius Mensis à die confirmationis, seu publicationis praesentium statutoꝝ computan[dum] sub poena

XXV

xxv libr. pro quolibet contrafaciente incurrenda; Siquis aut in futurum aliquo quaesito colore aliquam rem stabilem Coit. intus, vel extra in Territorio dicti Castri acceperit, vel occupaverit eam fructando, et possidendo tanquam suam, et pro sua debeat illam omnino relaxare infra unum Mensem computand. a beo die, quo ceperit possidere sub dicta poena. Si vero infra dictum Mensem occupator talium bonorum eam relaxare neglexerit, vel recusaverit, et postea ad mandata Potestatis, vel eius Vicarij, aut Sindici Communitatis, vel Consiliariorum infra terminum quinque dierum postquam fuit sibi praeceptum de relaxan. non relaxaverit; dupli poena puniatur. Et nihilominus in omni casu res, et bona p.ta occupata restituere Coitati compellatur, cuius poenae quartam partem Potestas executionem faciens habeat; Reliquum vero Coitati applicari volumus.

Q. Pelles, et Coria non extendantur in locis pub.cis

Cap.o xlix.

Coria, et Bestiarum pelles nemini licere permictimus extendere in platea Coit. in vijs publicis dicti Castri, aut in loco, unde fetor possit hominibus obvenire sub poena quinq. sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et qui licet accusare possit, et credatur cum Juramento. Similiter prohibemus linum, et Canapam in d.is locis extendi sub dicta poena.

De Poena non soluentis Datia in tempore

Cap.o L.

Datia non soluentes in tempore illius Camerarij, cuius

96v

tempore fuit imposita, et ipse colligere ceperit, solvere teneatur quartum plus eius quantitatis impositae. Et Pot.s vel eius Vicarius dictum quartum, et duos sold. lucretur pro executione, quam fecerit pro qualibet libra totius qualitatis quam delinquens solvere deberet.

De Poena Procurantis con. Dños, et Coitatem

Cap.o Lj.o

Malorum audaciam refrenantes, et ipsorum pessimum cogitatum, ne aliquem consequatur effectum decernimus, quod nulla persona cuiuscumque sit conditionis aliquo quaesito colore vel causa directe, vel per obliquum audeat, vel praesumat modo aliquo, vel ingenio dicere, vel proponere, attentare, advocare procurare, obijcere, allegare, consulere, vel alio quomodo operari contra Privilegia, Bullas, Immunitates, Instrumenta, Script.as et Jura Dñorum, vel Coís per se, vel per alium sub poena XX. libr. pro quolibet contrafaciente vice qualibet incurrenda.

Q. Plantanti Vineas in Terris Curiae, et Domum fundanti concedatur opera Una pro foco.

Cap.o Lij.o

Quia sub debili capite languescunt membra, et membrorum operatione merito decet capite cohadunari, Idcirco ordinamus, quod homines, et personae dicti Castri teneantur, et debeant pro quolibet foco, sive focarico plantare, sive plantari facere duodecim operas Vineae, et quinquaginta

Olivarum

Olivas Plantones, in, et super Terrenis, et possessionibus Curiae, p.tos Mag.cos Dños nros per spatium temporis trium annos sub poena X. lib. pro quolibet foco, siue focario contrafaciente, et in Vineam, et dictas Olivas omnino plantare, et ponere compellatur et de illis debitum, et consuetum terraticum Mag.cis Dñis, uel eius factori tempore congruo respondere; Statuimus insuper uolentes studiosis, et sollicitis personis aliqualiter auxiliari in nouis operibus Domos, et Vineas faciendis quod unicuique personae, quae uoluerit domum aliquam fundare, seu uineam, et oliuas plantare in locis Terris, et Possessionibus Curiae, ut s.a dictum est, concedatur, et concedi debeat una opera pro quolibet foco, siue focario dicti Castri cum Bestia, uel sine prout melius uidebitur Consiliarijs per tempora existentibus ordinanda.

De Pæna uitiantis in pnti statutos uolumine

Cap.o Liij.o

Ad euitandum fraudes, et scandala, quae quotidie committi possent pnti lege prohibendo sancimus; quod Potas, uel eius Vicarius, aut aliqua alia quaecumq. persona, cuiuscumq. conditionis existent quacumq. de causa iusta, uel iniusta, siue in [illegible] non audeat, uel presumat aliquid immutare, innouare, lacerare, cassare, radere, addere, diminuire, abolere, uitiare, deturpare, siue maculare aliquam literam, sillabam, siue dictionem, uersum, siue sententiam, uel orationem, uel aliquid aliud in pnti libro, et uolumine statutos sub poena L.ta libr. pro quolibet contrafaciente incurrenda. Et insuper ordinamus, quod Potas finito eius off.o teneatur, et debeat sub uinculo Iuramenti, et poena XXV. libr. dictum hoc uolumen et librum Statutos reassignare, et restituere integrum, et illaesum, ac in nullo sui parte m.o aliquo uitiatum, siue

suspectum Consiliarijs, et Officialibus dicti Castri. Similiter quoque prohibemus, quod nulla persona terrigena, uel forensis cuiuscunque conditionis extiterit, audeat, uel praesumat aliquo quaesito colore, uel causa exemplare, siue copiare, aut scribi, uel copiari facere hoc praesens Statutorum uolumen, siue librum in totum, uel in partem, sine expressa licentia Mag.corum Dnorum, et Consiliariorum, ac Potestatis d. Castri per tempora existentium, nisi dumtaxat aliquod Capitulum, siue particulam ipsius pro euidenti necessitate copiantis, seu copiare facientis. Vz. pro habendo consilio super aliqua dubitatione, et pro augmentatione probationum, et defensionum suorum Iurium in causis quibuscunque coram Iudicibus, siue Arbitris uertentibus, sub poena xxv. libr. pro quolibet contrafaciente incurrenda.

De monetis soluendis quomodo intelligantur. Cap. Liiij.o

Quoniam supra in p.nti Statutorum uolumine multifariam, multisque modis de solutionibus pecuniarum diuersimode faciendis mentionem fecimus per denarios, per libras, per soldos, et saepe dubitari posset quomodo denarius, libra, soldus intelligatur, Quocirca, quod ubicunque supra, uel infra in Statutorum uolumine, siue libro denarius nominatur intelligatur semper de uno denario parvo, de uno obolo piccolo, siue bagattino, hoc est minima Moneta de ramine, quae reperiatur in usu per Italiam, et in Curia Romana, et quatuor denarij q.ti unum quatrinum constituunt, et denarij duodecim scilicet tres quatrini unum sol.o et quatuor quatreni faciunt unum bononenum, idest Baiocchum. Sol. aut 20. faciunt unam libram denariorum, et sic faciunt bononenos, siue Baiocchos Papales

mancano due carte 97 = e 98

raspulos, grappulos, siue rampatios poena unius bononeni pro quolibet puniat, et credatur Iuramento colligentis, siue damnum dantis usque ad quinque raspos; De Persicis, aut ficubus, Nucibus, malis, piris, et alijs fructibus domesticis poena X. sol. siue qualibet puniatur quisquis damnum dederit dupli poena puniatur; Declarantes quod si quis alienam uineam intrauerit, et nihil collegerit quinque sol. poena puniat pro intratura.

De Paena portantis uuas, uel agrestas Cap.o V.o

Quoniam sub specie rei propriae saepe coloratur furtum, maxime in h.mo̅i et multa solent fieri inconuenientia; Ideoque statuimus, quod anteq. uindemiae fieri incipiant, nemo possit de aliena possone uuas, uel agrestas portare, seu portari facere ultra tres raspos, siue rampatios sub paena duor. sol. pro quolibet raspo, siue rampatio usq. ad X. raspos; abinde uero supra usque in XX. raspos in sol. quatuor pro quolibet raspo; abinde uero supra quantacumque sit quantitas paena X. libr. puniat pro qualibet salma, et tantumdem soluat patrono rei. si de aliena possone portauerit cum damni emendat.e, si uero uuae, uel agrestes collectae inuentae fuerint in statio, siue ad robbam, siue ad pannos alicuius Pastoris, siue in eius Campo, ubi laboraret, siue in illis circumstantijs; perinde puniatur, ac si fuerit inuentus portare, et semper praesumantur esse inuentae penes illam personam, quae ipsas uuas, siue agrestas absconditas retineret, uel quae staret in illo Campo, siue

possone, ubi reperiretur; uendemiare aut, et uuas in ma:
gna quantitate portare ante festum S.ti Angeli de Mense
Sbris si quis praesumpserit X. libr. poena puniatur; spi:
ventis autem portare uuas, uel agrestas, si uineam non
habuerit unde colligerit in tribus sol. plus puniatur, quam
alia persona habens uineas, nisi ab aliquo sibi uuas,
uel agrestas si uineam non habuerit unde colligerit in
tribus sol. plus puniatur quam alia persona habens
Vineas, nisi ab aliquo sibi uuas, uel agrestas donatas, tra:
ditas, uel concessas dixerit, et credatur Juramento conceden:
tis usq. ad tres raspos sine poena.

De poena damnum dantis in horto, siue clausura
Cap.o VI.

Si quis hortum, uel clausuram alterius, in quibus
caules, uel alij fructus existerent, intrauerit et si nihil
collegerit duor. bonor. poena puniatur uice qualibet, si
uero damnum dederit fructus colligendo, ultra ualorem
duor. soll. poenam XX. sol. uice qualibet incurrat,
et damnum in duplo emendare compellatur damnum passo.
Si uero de nocte fierent praed.a poena in omni casu
duplicetur, et si forte dubitari contingant, si fuerit hor:
tus, uel clausura per Consiliarios cum Juramento
unà cum Potestate debeat declarari, clausura n. in:
telligi uolumus circumdatam Muro, uel soepibus, siue
formis, siue fossis, adeoq. faciliter intrari non possit iux:
tà declarationem faciendam ut s.a si dubitet.

Quando ignoratur quis damnum dederit
Cap.o

Capo. VIJ.

Quia saepe accidit damna plurima fieri, et delinquentes non puniri multis de causis, praesertim de nocte, propter incertitudinem delinquentis, Ideirco statuimus, et ordinamus, quod si alicui damnum datum fuerit, et nesciatur omninò per quem facti fuerint, recepto corporali Juramento per Potestatem, et aliis quoscumq: damnificatus dixerit habere suspectos, scito quod ignorat dantem damnum Potas, vel eius Vicarius teneat ad petitionem Potatis sub vinculo Juramenti mandari custodibus Cois quod debeat subtiliss.e investigare, et perquirere per vicinos, et practicantes circa locum damni dati cum auctoritate Juramentum deferendi pastoribus, et circumstantibus quibuscumque si sciverint quomodo quis, vel cuius animalia p.tum damnum dederint, Et si quis iurare de dicenda veritate recusaverit, is praesumatur culpabilis, et damnum emendet, ut aestimabit per aestimatores Cois, et solvat medietatem poenae, qua puniet ille, qui verè damnum dedisset; si verò nullatenus reperiatur delinques, seu animalia delinquentia volumus habita relatione, qua puniet ille, qui verè damnum dedisset; si verò nullatenus reperiat delinquens, seu animalia delinquentia volumus habita relatione ab extimatoribus Communitatis cum Juramento de quantitate damni, et per quas bestias, et vestigiis dictum damnum datum appareat, puta per Bestias caprinas, porcinas, Vaccinas, pecudinas, Bovinas, Asininas, caballinas, bufalinas, et similia Potas, vel eius Vic[illegible] dnos, et patronos dictaz bestiaz ex illo genere bestiaz, pe quas

99v

relatum fuit damnum factum fuisse compellat emendare damnum pacto integrato pro racha, et num.o bestiaz illius generis bestiaz, quae fuerint, et steterint in illa Regione, seu Contrada eo tempore tantum si reperiant; si aut non reperiant fiat emendatio damni per quinq. proximiores vicinos habentes bestias illius generis; si vero damnum datum fuerit personati, emendet per quinq. proximiores vicinos usque ad valorem XL. sol., abinde verò suprà per Coitatem debeat emendari, quo casu si publicè quis esset diffamatus multa damna facere, sive fecisse, in dicta Contrada ad dictam talem damni emendam cum Coitate teneat, et talis diffamatio per tres testes idoneos de fama, et voce publica sufficiat pro legitima, et plena probat.e Reservamus tn, atque concedimus Jus, et actionem sup.tis personis, et Coitati solventibus, et emendantibus reperandi in duplo totum illud, quod expositum fuerit con.a verum damnificantem, si nunq. verificet, seu reperiatur infrà sex menses à tempore damni dati numerandos. Et siquis revelaverit habeat quartam partem poenae p.tae, et teneat secretus; Volumus tamen quod Potas per inquisitionem procedere possit, et in simpli poenam ipse habeat; Bestiam verò siquis latenter perceperit si facta diligenti inquisitione ne per Potestatem ut s.a culpabilis non reperiatur Communitas emendare debeat damnificato pro tertia parte aestimationis cum Juramento fiendo per duos testes dictam Bestiam cognoscentes eligendos à Consiliarijs dicti Castri, et nihilominus si unquam culpabilis reperiatur ultrà poenam à Statuto impositam compellatur in duplum emendare damnum Coitati, ac etiam patrono Bestiae p.tae

De

De Paena incidentis arbores alienas
Cap.° VIIJ

Siquis oliuam, cerasum, amigdalum, persicum, ficul:
neam, malum, pirum, castaneam, siue aliquam aliam
arborem domesticam, siuè quercum studiose inciderit, uel
truncauerit, et roncauerit, regerit, seu deguastauerit in quercu
uinea, horto, siuè clausura aliena Centum soll. poena ẞ i . .
puniatur pro qualibet arbore de die, de Nocte autem in
duplum; si uerò extra uineam, hortum et clausuram ẞ 50
inciserit, siue roncauerit, aut fregerit dimidiam poena
puniatur. Siquis aut p.tarz arborum domesticarz ramum
inciserit, siuè fregerit studiosè xx soll. poenam se noue: ramus
rit incurrisse pro quolibet ramo de duobus ramis; abinde ẞ 30
uero supra usque ad quinq. ramos inclusiue x soll.
poena puniatur pro quolibet ramo; Ramusculum aut
separatum à ramo grosso, si quis inciserit, siuè fregerit ramusc
poena quinque soll. puniatur pro quolibet ramuscu: ẞ 5
lo, et induplum de nocte cum emendatione damni in
duplum patienti aestimandum per aestimatores Cõis. Sal:
cem, Albanum, Populum, siuè Olmum in locis dome:
sticis existentes si quis inciserit x soll. poena puniat Ulmu
pro qualibet. Si uerò in eisd. arboribus perguloe forent
domesticae dupli poena puniatur. De arbore autem
syluestri, et non domestica, si sit arbor fructifera, ubi:
cumq. fuerint ead. poena puniatur incisor prout supra
dictum est de arboribus domesticis, et hoc propter abusum,
et frequentiam in ipsis delinquendi. Addentes et quod
siquis d.as arbores, siue earz ramos combuserit, siue ignem
fecerit de p.tis sine licentia domini, seu patroni, et ad

100v

dictum ignem steterit, x. sol. poena puniatur pro qualibet persona, et Potestas possit de predictis per inquisitionem procedere.

De Paena incidentis saepe de Vinea, uel Horto seu clausura aliena

Cap.o LX.o

Siquis sepem inciserit, seu deguastauerit de Vinea, Horto, siue alia clausura aliena contra Voluntatem possidentis, siue patroni, uel eorum consortis poena x. sol. uice qualibet puniatur, et in duplo damnum emendet iuxta aestimationem cum Juramento faciendam per aestimatores Communis; Sepem autem pendentem supra uiam publicam, aut uicinalem, siue pendentem super Possessionem per ipsum possessam ipsamque possessionem adumbrantem, aut quomodolibet impedientem, seu occupantem, quilibet possit impune incidere dummodo uicino damnum non inferat, et uicini possessionem non derelinquat apertam, ut inde sibi damnum facile possit inferri; Volumus autem, quod quilibet habens sepem supra uiam publicam teneatur quolibet anno semel incidere, seu incidi facere à Kalendis Mensis Maij usque ad medietatem Mensis Junij usque ad mostras, et terminos dictae uiae, et possessionis, adeò ut uia Communis bene tersa, lata, et munda remaneat absque impedimento transeuntium, et hoc sub poena x. sol. pro quolibet, et nihilominus sepem incidere et aptare postea compellatur sub poena maiori arbitrio Potestatis imponenda, ne priuatorum contumacia, et negligentia Juri publicarum uiarum ualeat introducere praeiudicium.

Quant

101 2 1 0(

Quanta debeat esse emenda damni in dubio.

Cap.º X.º

Providentes ne contingat damnum dantes lucrari cum iactura aliena de emendatione damni dati non satisfaciendo saepè numero negligentia damnum passi, aut aestimatorz statuimus, et ordinamus, quod si damnum datum per aestimatores Cōis non fuerit aestimatum, seu aestimari non poterit, quod in dubio tantum debeat dari pro emenda damnum passo, quantum solvi deberet pro poena, adeò quod et poenae, et emenda damni semper paria esse intelligantur, nisi de maiori, vel de minori quantitate damni facta fuerit aestimatio, vel deliberatio suo loco, et tempore per deputatos homines, et personas

De abolitione accusationis in damnis datis

Cap.º XI.º

Ordinamus, et statuimus, quod in damnis datis civilibus damnum passo liceat eius accusam, seu denuntiam per abolitionem retrahere, et poenitendo cancellari facere quemlibet accusatum, vel denuntiatum ab eo coram Potestate vel eius Vicario infra terminum quinque dies, posteà quam ad notitiam accusati, et denuntiati venerit, et solvat retrahens Potestati, vel eius Vic.º pro abolitione, vel retractione bononenos duos.

Q. Pr pro Filio, et Patronus pro famulo teneatur

Cap.º XII.º

Ad refrenanda damna, quae per filios familias, et

101v

